



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentiss Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Consultatio VI. Aurora Diei gratiæ: ubi de Nativitate SS. Virginis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

CONSULTATIO VI.

*Aurora Diei Gratia, ubi agitur de Nativitate
Sanctissima Virginis.*



Primè dixit anti-
quorum nonne-
mo, quòd deside-
rium vehemens
haud absimile sit
spectro semper in-
quieto & tumultuoso, quòd tran-
sire faciat multos malos dies,
nunquam autem exigere permittat,
unicam bonam noctem cum, qui
semel admisit illud in corde suo;
siquidem & dormientem turbabit
sæpius, primòque semper dilucu-
lo faciet evigilare.

Omnia ve-
hementia
desideria
afferunt in-
quietudi-
nem, exce-
pto deside-
rio Dei.

Artemisia assueta non erat ejus-
modi spectrorum tolerare persecu-
tionem, eò quòd, eum vitæ devo-
tæ sectaretur institutum, tam benè
moderari semper studeret omnes
animæ suæ affectus, ut dominari
non permetteret in corde suo, nisi
solum & unicum desiderium Dei,
quòd desiderium, quantò majus
est, tantò majorem affert pacem,
ita ut nunquam quietem tollat a-
nimo. Nihilominus admittebat
ipsa, quin adverteter, tam ingens
desiderium addiscendi adhuc ali-
quid de Excellentijs Sanctissimæ
Virginis, cui summè fuerat devota,

ut non nisi in quiete exigeret no-
ctem, & manè summo evigilaret è
somno: post tempus sat breve,
quòd dabat precibus matutinis, in-
nixa fenestræ cuidam versùs ori-
entem, unde dies promicare inci-
piebat, usurpabat oculis pulchritu-
dines ac venustates, quibus tantò
magis oblectabatur, quòd illas nun-
quam vidisset; non enim usitata
est illustribus fœminis ea civilitas,
ut surgenti occurrant auroræ, ei-
que bonam appresentur diem.

Hæc quia die illâ hæc usa fuerat
civilitate, auspiciatâ quoque usa est
forte, ut aspiceret quasi novam
mundi Nativitatem, ubi omnia en-
tia in suâ præsentia sese evolve-
bant è confusione chaos, quâ in-
volvebantur, & veluti annihilata
constringebantur caligine noctis;
Erat enim, ac si eodem instanti vi-
deret ædificari domos, plantari syl-
vas, extendi campos confertis mes-
sibus refertes, complanari præta di-
versis adornata floribus, attolli
montes pluribus rupium acumini-
bus abs ordine exasperatos, ordi-
nari hortos, exigi ad libellam am-
bulacta amœnissima, in pulvillos
distin-

Descrip-
tione
nascenti
ad ortus
auroræ.

distincta & areolas, adornata staturis, floribus, aquis salientibus, adimpleri æthram avibus, operiri terram animalibus. Hæc omnia, quorum antehac nil viderat unquam, haud magis, quam si nihil eorum fuisset, apparere ceperunt ipsis oculis satis confusè ab initio, quasi rudi delineata penicillo, nec adhuc in suam plenè digesta formam; Exin paulò magis distinctè, velut cætera creaturarum ex abyssu quâdam procedentium, seque leparantium ac evolventium ab iuvenem; Et tandem vidit omnia in suo ordine, & in pulchritudine suâ naturali, quin observaret aliquam manum, quæ omnia hæc exquisita confecisset opera; sed aspiciebat, solam esse lucem, quæ ipsa denuò peperisset mundo.

Verùm ipsa ita videre assuetâ erat cœlum, torrentis instar suum effundere lumen super terram, ut tota hæretet attonita, quando perspexit, ut sibi videbatur, terram esse, quæ summo mane transmitteret lumen ad cœlum, ut ex eò per totum diem liberaliter communicare nobis posset; siquidem videns primum luminis radium apparere supra horizontem, credebat ipsum prodixisse è sinu terræ, inde paulatim ascendere ad illustrandum cœlum; è cœlo iterum, velut è loco eminentiori sese diffundere in universam terram.

Aurora assumens vestimenta sua.

Dum omnes hæc pulchritudines ipsius demulcebant oculos, studio-

sè intendebat ipsa animum, considerando id omne, quòd fiebat; siquidem hæc omnia, quæ tam antiqua sunt, tamque manifesta, fuerunt illi tam arcana, tamque nova, ut opportunitate illa videndi fuerit potita nunquam: observabat, plures diversos colores efformari ex hoc lumine; aspiciebat fuscum, cæruleum, rubrum, viridem, & quemlibet ex his coloribus suam habere figuram, speciem suam magnitudinem; ipsa fabricabatur sibi desuper ideam satis exoticam: Nam sicut quisvis iudicat de rebus iuxta genium & inclinationem suam, credebat ipsa hanc esse Auroram, quæ suis se exornaret vestimentis, ut tantò speciosior & exin jucundior appareret mundo: Hæc cogitatio quantumvis vana, serviebat tamen illi pro salubri admodum documento; addiscebat namque ex hoc, quàm ridicula, & digna reprehensione illustrium formarum sit vanitas, dum sese exornando tantum dilapidant temporis, volentes frequentare congressus aliarum; probe vidit ipsa, tantum temporis non perdidisse auroram, ut fieri amat à sceminis mundanis, dum sese comunt, ungunt, cerussant; siquidem vidit ipsam in momento comparere in suâ pulchritudine naturali, quæ tantum splendoris evibrabat ipsi in oculos, ut nil amplius perciperet ex eò, quòd pro suo assumptarat ornatu.

T 3

Expe-

Devota
considera-
tio circa
pulchritu-
dinem au-
roræ.

Experiebatur se hîc exstimula-
ri ad evibrandum animum suum
in DEUM. O Domine, quàm
es potens! quàm es magnificus!
quàm admirabilis in omnibus ope-
ribus tuis! Si omnes pulchritudi-
nes, quas aucupatur vanitas, con-
gregarentur in unam, quid essent
in hujus pulchritudinis præsentia,
nisi sordes, turpitude, deformi-
tas? Verum si pulchritudo hæc,
quam ita reddis communem, ut
indifferenter illam exhibeas con-
cunctis oculis, etiam illis bestiarum,
tantis est plena illecebris, tanque
stupenda, quid igitur erit videre
splendores illius, quos complecte-
ris in te metipso? ô pulchritudo in-
finita! ô quanta voluptas! quanta
gaudij abundantia nostræ oculis a-
nimæ, dum aspicient illam! Ve-
runtamen mane surgendum est, ut
frui liceat pulchritudine auroræ.

Exegerat fermè mediam horam
sola in jucundis hisce considera-
tionibus, quibus non minùs suum
inflamaverat cor, quàm suam il-
lustraverat mentem, cum nuntia-
tum illi fuerat, adesse nos, saluta-
tum ipsam, si acceptum id habe-
ret; illa mox occurrit nobis vul-
tu admodum festivo, & salus mu-
tuò datâ, cum continere se non
posset, quin pareret, quod animo
conceperat, mediationis suæ no-
bis eorum recensuit eventum.

O! Domina, inquiebat illi Via-
tor noster: Ecce speciale omninò
providentiæ DEI consilium; pro-

fectò videtur id mihi prorsus ad-
mirabile! Itane disposuit is tibi
sic animum, ut intelligeres id,
quod adedè nôsse desideras circa
excellencias Sanctissimæ Virginis?
Quod aspexisti in naturâ, est ve-
ra, sed rudis designatio ejus, quod
proposueram ostendere tibi in
gratiâ, si rudis delineatio tibi vi-
detur pulchra, procul dubio ipsa
imago pulchrior longè adhuc vi-
debitur. Nascentem aspexisti diei
naturalis auroram, quæ pulchra
est, fateor; verùm quid sit con-
paratione, si aspicere liceat auro-
ram diei gratiæ, quæ Sanctissima
est Virgo? Videbaris videre tibi
renasci universam naturam, &
cuncta prodire intra è confuso
chaos in præsentia luminis auro-
ræ; sed parùm hoc est respectu
cujus, si aspexeris cunctas natio-
nes, cunctaque ætates prodire è
tenebris & servitute peccati ad or-
tum auroræ divinæ. Observasti
venustates & pulchritudines cor-
porales restitui cunctis creaturis,
quibus tenebrarum horror exspo-
liaverat illas; sed alias hîc videas
pulchritudines spirituales, quæ
per Sanctissimæ Virginis ortum
diffunduntur in universum hunc
mundum inferiorem, quibus à
peccato protoparentum nostrorum
is fuerat excitus. Tandem spe-
ctasti auroram in pulchritudine
suâ naturali, & admiratus es ipsam:
Si spectasses Sanctissimam Virgi-
nem orientem mundo, prorsus
alia

alia demulisset cor tuum voluptas ac lætitia.

Domine, inquit ipsi illustris scemina, inducis mihi oblivionem illius, quam fueram experta, voluptatis, dum majorem illā polliceris mihi. Sed quia candidè tibi aperui mei sensa animi, tua

michi promittit urbanitas, te quoque haud me celaturum tuæ magis seriz, magisque devotæ affectus meditationis. Hac ratione obstrictum se vidit suam incipere Consultationem circa Sanctissimæ Virginis Nativitatem.

* *

ARGUMENTUM.

Ostenditur Nativitatem Sanctissimæ Virginis affere plus gratiæ mundo spirituali, quàm conferat decoris aurora mundo materiali.

ARTICULUS I.

Aspexisti, quàm trivis & horrida fuerit mundi facies, dum solis carere debuit ad tempus facie, quæve ratione noctis caligo, non contenta exspoliassè ipsum suâ pulchritudine, annihilaverit quasi omnes ipsius facturas, quibus fuerat locupletatus. Et exim vidisti, quòd ad ortum auroræ resumpserit is primam suam pulchritudinem, quòdque omnia, quæ ipsum decorabant ornamenta, citius quasi, quàm in momento, sint denuò reproducta. Ecce tibi ad amussim, quod accidit in mundo spirituali, volo dicere in animâ hominis, qui vocatur microcosmus, id est, mundus parvus. Nox & dies non ita opponuntur, sicut peccatum & gratia; Una lux est cœli, quæ constituit pulchritudinem animæ; alterum est id om-

ne, quod maximè horrendum & abominandum est in inferno: profunda hæc nox est, quæ non contenta spoliare animam pulchritudine suâ, non contenta convertere ipsam in spectaculum tam abominandum, ut horrore percellat oculos tum DEI, tum Sanctorum Angelorum, exiit insuper ipsam omnibus suis divitijs, exspoliat ipsam omnibus suis ornamentis, & redigit in statum ipso nihilo deteriore.

Siquis videret ipsam involutam nocte tenebrarum hatum infernalium, nil mirum, si moreretur præ horrore; est enim hæc universale chaos confusionis, nullam hinc relinquens pulchritudinem, nullamque prætermittens turpitudinem & sceditatem, quæ reddatur creaturarum omnium maximè abominanda. Pulchritudo mundi

di

Gratia & peccatum sunt velut dies & nox mundi ipsi-ritualis.

In quo con-
sistat pul-
chritudo
mundi.

di (tam spiritualis, quam mate-
rialis) consistit in pulchro ordine,
quem DEUS ipse assignavit ei jux-
ta divinam suam sapientiam, ubi
omnia entia ita sunt disposita, ut
quodlibet obtineat locum & or-
dinem sibi debitum juxta meri-
tum & dignitatem suam; quan-
do pulcher hic ordo susque deque
vertitur, non est amplius pulchri-
tudo in mundo. Quid foret, si
terra occuparet locum cœli, &
cœlum occuparet locum maris, si
animalia esse vellent, ubi sunt
atria, & homines in piscium invo-
larent locum? unicô verbô, si
omnes creaturæ inter se invicem
arrogare sibi vellent locum alia-
rum, nonne id esset spectaculum
horribile visu? Verùm deterius
adhuc est, quando mundi spiri-
tualis turbatur & confunditur
ordo.

Sanctus Thomas describens
pulchritudinem mundi hujus spi-
ritualis (hominis inquam) &
pergratam dispositionem, in qua
collocavit ipsum DEUS, observat
pulchrum ordinem, quem con-
tulit DEUS omnibus operibus
suis. Vult hominem, primum
tenere locum, ipsumque esse
super omnes alias creaturas, ut
imperet ipsius velut Dominus, &
non nisi DEUM esse supra ipsum,
ut nulli tenetur obtemperare nisi
soli: *Ut sit sub DEO & supra ca-
teras creaturas.* Hic ordo benè
observatus constituit pulchritudi-

D. Thom.
2. 2. q. 19.
a. 11.

nem simul & tranquillitatem hu-
jus mundi; videre ipsum in hoc
statu, est ipsum videre in die pul-
cherrimo hic namque est dies gra-
tiæ & qui dicit gratiam, dicit id,
quod reddat acceptum, id quod pla-
cet, id quod oblectat, & id, quod
summè consolatur. Quando om-
nes creaturæ obediunt homini, &
homo fideliter obedit Creatori suo,
omnia manent in pace, quia om-
nia manent in ordine: Ordo con-
stituit pulchritudinem, & pulchri-
tudo placet & consolatur, & pa-
cifica hæc oblectatio est verus dies
mundi spiritualis.

Sed eheu! dies hic longo non
duravit tempore: mox advenit,
quæ in momento omnes hæc ob-
securavit pulchritudines. Pecca-
tum inauspicato insinuavit se omni-
ne, quod in exilium eiecit & ex-
pulsit gratiam; homo turbavit to-
tum hunc pulchrum ordinem à
DEO collatum; turbavit ipsam,
edquæ suum deseruerit locum,
quo attollebatur supra omnes
creaturas, & submitebatur nulli
nisi soli DEO: intentatus conser-
vare non potuit collatum sibi ho-
norem; suis sese submisit subdi-
tis, seque avulsit à submissione,
quam supremo suo debebat Do-
mino. Omnia igitur turbavit;
siquidem in bono ordine omnes
creaturæ deberent ipsi obedire,
& quasi omnes ipsi imperant; ipse
non nisi obedire deberet Creatori
suo, & hic solus est, cui sapius
suam

Horribi-
spectacu-
lum ma-
di spiri-
tis per is-
dinationem
peccati.

Unde vici-
tur turbatus
& corruptus
ordo mundi
spiritualis.

suam subtrahit obedientiam; omnia igitur sunt turbata: Confusum hoc chaos tam aspectu est horribile, ut lacrymarum non sufficeret mare, ad deplorandum illius calamitates:

Horribile spectaculum mundi spiritualis per inordinationem peccati.

Siquidem nonne videtur, quod durante nocte peccati, expellens diem gratiæ, omnia quasi sint annihilata, nihilque amplius videri, quam horridum confusionis spectaculum ipso deterius nihilo? Terram ascendere supra cælum, descendere infra terram, quando creatura insolenter se attollit supra Creatorem suum hæcque suprema Majestas oppressam se videt sub pedibus Creaturæ suæ, per contemptum ab ipsâ sibi exhibitum? Homo aliàs Dominus, factus est per peccatum suum, velut omnium Creaturarum mancipium; quænam enim est, cui non obediat?

Caro, quæ non est nisi putridum cadaver, imperat animæ, quæ nobilis est intelligentiâ, & hæc obedit ipsi; effrænes passiones velut feroces, bestię præcipiunt rationi res injustas, crudeles, probrolas, & hæc vecorditer ipsis obtemperat. Hæc turbatio trahit post se alteram; siquidem ex eò, dum dixit homo; Non obediam DEO, omnia dicunt animalia; non obedimus homini, Terra dicit, ero sterilis, nec eviscetabo me, ut nutiam animalia, quæ facta sunt pro homine: Omnia elementa rebellionem concitant

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

in personam ejus, & ex ipsius corpore theatrum conficiunt præliorum, ad instigendum ipsi omnibus generis morbos, per qualitates suas contrarias, quibus corrumpunt ipsius temperiem, corporisque habitudinem: fames & sitis, affliguat ipsum & non intermisso obstringunt ipsum labore ad defendendum se contra hostes suos domesticos, quorum oppugnationes tolerare ipsum oportet, toto vitæ suæ tempore; calor & frigus sibi invicem succedunt, ut modò conijciant ipsum in ignem, modò abstripiant ipsum in glaciem; & tandem omnes creaturæ, quæ factæ non fuerant nisi ad serviendum ipsi ante peccatum suum, factæ sunt hostiles ipsi, postquam rebellem se demonstravit Comuni Creatori suo; persequamur rebellem hæc, morietur sceleratus hic, infelix evadat ingratus hic & infidelis DEO suo: non permittamus ipsi nec pacem, nec quietem, nec sanitatem, nec consolationem ullam in terris; obruamus ipsam omni genere adversitatum, cruciatuum, laborum inquietudinum, quæ divexent ipsius Corpus, & affligant ipsius animum.

Et quod deterius est his omnibus, nascitur objectum iræ DEI, reus & obnoxius crimini, quod non commisit, quodque evitare non potuit; & Sanctus Bernardus dicit, quod ob id solum, prius

S. Bernardus.

V

dam.

damnatus, quam natus sit; id est, condemnatus, ne unquam videat faciem DEI, nisi ablutus fuerit ab originali hac maculâ per Baptismum. Quam deploranda hæc hominis Condicio! infelicioꝝ illa vermicalorum & culicum, qui nascuntur & vivunt velut creaturæ innocentes, cum nunquam offendant DEUM, nec etiam periculum incurtant damnationis æternæ; in quo sanè majore involvitur miseria, majore abjectione. Quanta hæc nobis humiliationis ansa, quantus stimulus contritiscendi jugiter sub manu DEI!

Miseræ conditio hominis post peccatum.

Sed nondum hic finis; postquam enim bonitas ipsi primæ hujus emendavit natiuitatis errorem, dum nasci nos fecit natiuitate secundâ prorsus innocia per aquas Baptismi, ubi nos in suos adoptat filios, vivere adhuc cogimur in fornace concupiscentiæ absque intermissione nes inflammantis; in inclinatione quadam naturali, ad malum nos impellente; in obduratâ repugnantia contra bonum, bona nostra desideria retardante; in summâ quadam ignorantia, ut non solum non agnoscamus DEUM, & nec unicam quidem magnatum illarum veritatum, quæ nostram concernuat salutem; sed nec agnoscamus nosmetipsos; non sentiamus nostra mala; non possideamus aliquod remedium nos-

metiplos ab iis liberandi; & tandem universalis obcecatio hominum durante nocte peccati tanta tamque profunda sit, ut omni ferè passu deflectamus à viâ & tramite recto. Hinc est, quod dilabamur in præcipitia modò plurium errorum intellectu, modò in abrupta edormium criminum per inordinationem voluntatis. Quid dico; tenebræ nostræ tam universales sunt, & ignorantia, quâ obstrictos nos tenent, tam ingens, ut solummodò ad indispiscendam cognitionem legendi literas & characteres, nonnullos oporteat impendere annos, non absque supplicio maximo innocentissimæ ætatis vita nostræ.

Et tandem postquam tam inæ felicem exegimus vitam in terris, concludimus illam morte adhuc magis lamentandâ, & hac quidem præoccupatâ immensis doloribus morbi, quandoque diuturni & fastidiosi quandoque vehementia & acuti, concomitantibus pluri- bus & gravibus conscientia tor- mentis, sicut & pavoribus horrendis terribilium DEI, semperque incertis, quæ nam futura sit fors nostra sive felix sive infelix in omnem æternitatem. Ecce horribile confusionis chaos, quo præcipientes nos egit peccatum, & profundas noctis tenebras, quæ totam invol- vit & obtexit orbis faciem.

Observabamus, Dominam hæc audientem, multa interius pati;

siquæ

siquidem tota ipsius, immutabatur facies, magnum præferebat mœrorem, non nisi suspiria tractens è corde, dum aures dabat lamentabili huic descriptioni horrendæ noctis, quam peccatum invexit mundo. Hinc cum amplius distimulare non posset afflictionem, quam patiebatur, altum exclamavit. O quam horrendum igitur monstrum existit peccatum! ô quam infelix est mundus, nunquid melius fuisset ei, si nunquam prodixisset è nihilo? ah quo medio liberabit se ex hæc confusionis ac infelicitatis abyſso & barathro?

Illustris Domina, inquit ei Raphaël noster, animando ipsam: DEUS liberavit illum ex infinitâ suâ bonitate, sed postquam hunc toleraverat languorem spatiò plus quam quinquaginta seculorum, quibus dilabentibus aliud non fecit, nisi quod tu facis modò. In-gemiscebat sub pondere calamitatum, quibus se sentiebat oppressum, & incessanter suspirabat in cœlum ad implorandum ipsius misericordiam. Verum est, maximam partem mundi tam fuisse obcecatum, ut homines non haberent etiam sat luminis ad in-tuendum cœlum, nec animi ad efflagrandum ab ipso remedium pro malis suis; aspiciebant penè omnes non nisi infernum. & non nisi comentitios invocabant Deos ex abyſſis egressos, & hi tenebrarum principes augebant adhuc

ipforum tenebras; sicque remedium, quod inquiebant, ipso adhuc morbo erat deterius.

Verùm superstes adhuc erat exiguus quidam hominum numerus, quam appellabant dilectam populi DEI portionem, quibus toleranda quidem multa cum cæteris omnibus fuerant, qui tantâ tamen non erant percussi cœcitate, quin semper partem conservarent luminis, cuius virtute non nisi unum agnoscebant DEUM, à quo tota sua dependeret felicitas; & ad hunc recurrebant, quia ab ipso acceperant promissiones, quod missurus ipsis esset Salvatorem, ad liberandum eos, deque hoc firmissimam sibi formaverant certitudinem, videntes ipsius promissiones toties repetitas, totiesque per ora plurium Prophetarum confirmatas. Lugebant in

Isaïa. 7.
Vate Isaïa: *Eccæ Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur Nomen ejus Emmanuel, id est DEUS nobiscum.*

Legebant in Jeremiâ: *Creavit Dominus novum super terram; semina circumdabit virum: id est, quod infans, quem portabit in sinu suo, futurus sit vir in hac ætate: quod non nisi de Messia poterat intelligi.*

Dubitare non poterant de veritate promissionum; hinc magnâ ipsarum executionem expectabant cum certitudine, & hæc spe semetipsos consolabantur; sed retardata & prolongata dici nimis

Mundus
longo tempo-
re anhe-
lavit reme-
dium ma-
lorum suo-
rum.

Isaïa. 7.

Jeremi. 31.

Ardentia
desideria
populi Dei.

eorundem adimpletio, implebat ipsos dolore ac fastidio. Prò quantas in terris effusas lacrymas! quanta in cœlum vibrata suspiria! prò quanta, quàmque accensa desideria videndi portas cœlorum apertas, vel disruptos eorundem fornices, per quos omnipotens liberator descenderet ad ipsos! ô bonitas infinita! ô misericordissime Redemptor mundi! Nonne aspicias ingemiscere nos jam tanto tempore sub tyrânide peccati? usquequò expectabimus, quoad videamus te? an misericordiarum tuarum non commoveantur viscera, dum malorum nostrorum intueris diluuium, quibus jam tantis sæculis lugemus immergi? nondum adhuc nos consolandi tempus adsit? Nox calamitatum, ignorantiarum & miseriarum nostrarum nondum duraverit satis, ut finiatur, tandemque mittatur nobis aliquis luminis tui radius, ceu illis, qui ingemiscunt in tenebris, & in umbrâ mortis: *Illuminare his, qui in tenebris, & in umbrâ mortis sedent.*

Luc. 1,

Divine sol! videre primos fac nos radios auroræ de hemisphærio nostro paritura! appropinquare videmus auspiciatum salutis nostræ diem, quo effundas cognitionis tuæ jubar in universum mundum, & divinæ charitatis tuæ ardore accendas nostra in glaciem obdurate corda! Toties promisisti dominé; *Eccè venio citò; Venio ad*

vos, accensus quamprimum ignem in terris: Ah! veni ergo quantoties amabilissime Salvator accelera tuâ nos consolaturus presentia! ut quid tanto cunctaris tempore? languemus, haud intermissum toleramus martyrium, diutius id ferre non possemus; vehemens & intolerabile te possidendi desiderium exuit nos vitâ & affert nobis fata. Ipsorum vota & emissa in cœlum suspiria ardentiora erant, quàm explicari possit; & nihilominus hi gemitus, hoc tam pœnosum, tamque fastidiosum martyrium, diuturna hæc exacerore mors duravit ultra quinque millenos annos, quin viderint aliquam executionem promissionum DEI, vel aliquam spei & fiduciæ suæ operationem.

Sed tandem, ô quam verum est, orationem fervidam obtinete omnia, quæcunque desiderat! modo persistat in obfirmatâ & sanctè obstinatâ perseverentiâ. Siquidem importunè rogati vult DEUS, & oblectatur, si curramus post ipsum, ipsum urgeamus, & tantò magis, quantò à nobis magis fugere videtur, & nostra abnuere nobis vota: Et quando importunitates nostræ non intermissæ ipsius tandem vicerint resistentiam, certi sumus, lucraturos nos cor ipsius, & obtenturos ab ipso, quidquid voluerimus; dicit namq; eandem nobis, quod importunè illi mulieri Cananæ: *Fiat tibi sicut vis.* v. 21.

Tan,

Oratio
vens &
stans
net omni

Nar
San
Virg
aut
hita
niv
ritu

Math.

Tandem igitur Cor Dei, qui non nisi est bonitas, se flecti permisit, & finem facere voluit diuturnæ huic & ultra annos quinque millenos productæ nocti, sicut & initium dare auspiciatissimo & jucundissimo diei gratiæ, tam ardentem desiderato, tamque diu expectato hujus diei exordio: Primi auroræ ipsius radij apparere, seque conspiciendos præbuere in Sanctissimæ Virginis Nativitate. Et quamprimum mundus haud absimilis misero captivo, qui sibi reteratam aspicit portam ad exeundum è carcere, in quo maximam partem suæ exegerat vitæ, videns apparere aurorem diei gratiæ in Sanctissimæ Virginis Nativitate, tantò delibatus est gaudio, ut velut torrente divinæ consolationis ebrius, continere se non potuerit, quin internam illius, quâ scatebat, & foras effunderet abundantiam.

Nativitas Sanctissimæ Virginis est aurora exhilarans universum mundum.

Siquidem plenâ cantat & jubilat voce per os Sanctæ Ecclesiæ, totusque abreptus gaudio per universum concinit & resonat Orbem: *Nativitas tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo: Ex te enim ortus est Sol iustitiæ, Christus Deus noster, qui solvens maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam.* O beata dies, quæ formosam hanc nobis attulit auroram; siquidem ad ortum illius cessavit nox, &

tenebræ quæ faciem universæ terræ, velut confusum quoddam chaos, reddiderant horridam, dissipata sunt præsentia, jucundissimæ hujus auroræ, mundusque primam suam recepit pulchritudinem; & dici potest, ipsum etiam recepisse majorem, quàm habuerit; eò quòd magnus Apostolus, qui probè id noverat, evidenter dicat, quòd, ubi abundavit delictum, superabundaverit & gratiâ, quæ pulchritudo est ipsa. O bene auspiciata cuncta sæcula, quæ Nativitatis Sanctissimæ Virginis exceperunt diem! ô millies beatos illos omnes, qui nati non sunt mundo ante ipsam! quanta felicitas, natum esse post hæc tempora!

Artemisia, quæ experiebatur in seipsâ mutationem, non absimilem illi, quàm universus expertus est mundus in Sanctissimæ Virginis Nativitate (siquidem ipsius evanuit mæror, & suave admodum Spiritus Sancti gremium imperceptibiliter illapsus fuerat ad consolandum ipsius Cor) sensit intrâ se tam vivos ergà divinam bonitatem affectus gratitudinis, sicut & obligationis, quàm habemus, ipsum laudandi, ipsum amandi, ipsi gratias rependendi, ut ex abundantia cordis sui ita fari inciperet nobis.

Eheu! quid pluri nos fecimus Deo, quàm omnes ij, qui malè ominatis nati sunt sæculis, quæ Sanctissimæ Virginis præcesserunt

Quanta no-stra felicitas, quod nati non fuerimus, nisi post Sanctissimam Virginem.

Nativitatem? Intravere in mundum ipsi, durante nocte peccati; & ecce nos in pleno die gratiae! Languerunt ipsi in tenebris, in miserijs; & nos vivimus in lumine, in consolationibus divinis! Eheu! ipsi omnes defuncti sunt in expectatione; & ecce nos in possessione felicitatis sumus, quam possidere valeat mundus; Quid meremur nos coram Deo, antequam nasceremur, ut majores, quam illi, obtineremus favores! O bonitas infinita! quam ex amabilis cordi consideranti Consilia tua speret te! Omnes, qui vixerunt sub veteri Testamento, anhelarunt summè videre diem gratiae; Etnos, quin nunquam anhelaverimus, videmus ipsum: Non habebant ipsi pro suo solatio nisi spem, innixam promissis, quae nunquam obtinere effectum; Et nos vivimus sub lege, quae dives est cunctis thesauris gratiae, qui citius sese offerunt nobis, quam requiramus nos ipsi: Unde haec tam auspiciata fors proficiscitur nobis?

Deus non dedit nos nisi & loco & tempore gratiae.

Nonne nasci poteramus tum temporibus, tum locis, in medio Paganismi vel Judaismi, ubi omnes istae nos obruissent miseriarum? Quid promeruimus coram Deo, ut nostram differret Nativitatem usque ad dies salutis, & ipsum in suam legis gratiae? quam amabilis dispositio providentiae Dei in bonum nostrum! prae-

misit ante nos JESUM Christum & Sanctissimam Matrem ejus: ablegasse ipsos in mundum, velut novum Adam, & novam Evam, ad auferendam ab eò maledictionem, & evellendas spinas, quibus peccatum primi hominis totam obtexerat terram: quasi nolisset nos esse illius habitatores, quoad prae paraverit ipsam ad nos recipiendos, & quasi non judicasset ipsam satis pro nobis prae paratam, quoad proprium suum misisset Filium, ut repleret ipsam lumine cognitionis suae, & gratiarum ac meritorum suorum locupletaret thesauris.

Et in mediâ hâc omnium bonorum suorum abundantia collocavit nos manu suâ, dum tot tantosque aliorum milliones, qui non minoris, quam nos valoris erant, collocavit calamitosas inter regiones, quae his omnibus exspoliantur. O Deus bone! quid promeruimus, ut recipere mus tam amabiles paternarum misericordiarum tuarum effectus? Mirum in modum oblector, dicebat ipsa, dum considero speciale commercium, quod hinc diebus frequentare nobis licet cum JESU & MARIA Sanctissima Matre ejus. Nos novimus ipsos, frequenter loquimur de ipsis, familiariter conversamur cum ipsis in oratione; alloquimur ipsos, & ipsi respondent nobis; rogamus ipsos, & ipsi nostris an-

Est nobis commercium praevalere e JESU & MARIA

apunt

nutrit votis; haurimus ex ipso-
rum thesauris, & ipsi id ratum
acceptumque habent; recipimus
JESUM usque in os nostrum,
intrat ipse usque in pectora no-
stra; admittimus amorem divi-
nae Matris suae unam cum ipso in
corda nostra, & ipsi nobiscum
hic suas capiunt delicias. O aman-
tissime Deus! Si cuncta prae-
terita saecula à longè nostram aspe-
xissent felicitatem, nonnè conta-
buissent Sancta quasi prae in-
vidiâ?

Nihilominus ingrati me!
quæ tanti beneficii quasi nullam
teneo memoriam! ignaram &
stupidam me, quæ frui nescio
tantâ felicitate meâ! obrui me
sino tristiciâ & pusillanimitate ob
parvas vitæ præsentis adversitates,

pro eò, quòd semper jubilandum
mihi foret, dum maximam pos-
sideo felicitatem, quàm cuncta
præterita Saecula tantis anhelant
suspicijs; quin & vecorditer adhuc
conquesor, pro eò, quòd incessan-
ter rependere Deo deberem gra-
tes, ipsum laudare, ipsum bene-
dicere. Nimirum profectò, ni-
mium languero in tempore meo,
meliora meditor consilia, & spe-
ro executuram me illa mediante
potenti Sanctissimæ Virginis sub-
sidio, plurima mihi est in illam
fiducia; sed cupio augere illam,
aditendo, ut cognoscam ipsam,
quantam potero. Domine, nimis
diu interpellavi te, tuum obsecro
resume discursum, nobisque
dicito.

ARGUMENTUM.

*Quo tempore, quo loco, & quâ ratione Sanctis-
sima Virgo ingressa sit in mundum.*

ARTICULUS II.

Damascenus orat. de
Nativitate
B. Virginis.

Scitum Sancti Joannis Dama-
sceni effatum est, dum dicit:
*Certabant Saecula, quodnam
ortu Virginis gloriaretur.* Nihilo-
minus id, quòd videbatur omnium
infelicissimum, reportavit hanc
gloriam, & factum est ex hoc
felicissimum omnium. Numeraba-
ntur tunc jam ultra quinquagin-
ta saecula à creatione mundi (id e-
nim fuit vextente anno quinquies

milesimo octogesimo quarto juxta
supputationem Baronij in Marty-
rologio Romano) quingenti sep-
tuaginta sex anni à captivitate Ba-
bylonis, septingenti triginta octo
à fundatione Urbis Romæ, & an-
no vigesimo secundo imperij Au-
gusti Cæsaris, regnante tunc Hero-
de Idumæo in Judæa; ob quem
dixi, id saeculum fuisse omnium
infelicissimum.

Quo anno
Sanctissima
Virgo nate
sit.

Siqui-

Herodes ni-
sitor impe-
dire Nativi-
tatem San-
ctissimæ
Virginis,

Siquidem cum crudelis hic ven-
dicaverit sibi regnum Judææ per
dolos ac fraudes, quibus aucupatus
est favorem Augusti (princeps e-
nim hic, qui Dominus erat mun-
di, disponens & dividens regna,
sicut privatus quispiam fundos
suos, consensit, ut tyrannicè do-
minaretur Herodes Seli populo
totius mundi, qui habebatur ceu
populus dilectus Deo, quique ad
illa usque tempora nonnisi à re-
gibus nationis suæ gubernabatur)
hinc extraneus iste, qui occupave-
rat regnum vi & injustitia, nun-
quam non meruebat, ne Deus
Israël id denuò suis eriperet ma-
nibus; Et quia noverat, quòd Pro-
pheta huic promiserint populo,
nasciturum illis Regem è progenie
& stirpe David, qui consensurus
sit thronum Patris sui, & regnatu-
rus ubique supremus velut Domi-
nus, ad redimendum ipsos è servi-
tute, & faciendum ex ijs populum
totius orbis longè felicissimum;
hinc omniem movit lapidem, ut
consilia everteret Dei, uti credebat,
tam erat stupidus & regnandi libi-
dine obcæcatus, utque se contra
Omnipotentis Dei muniret bra-
chium, qui promiserat donandum
à se tum regno, tum solio aliquem
è familia David, contendebat sum-
mè, ut quidquid ex hæc domo fue-
rat residuum, omninò extirparet,
nullique parceret, quemcunque
detegere posset.

Pauci fuerant, quos contemptus

ipsius suæ subtraxerat crudelitati:
Ex parvo hoc numero fuerant
Sanctus Joachim, & Sancta Anna,
homines plebei & vulgares, non-
nisi exercitijs addicti pietatis, qua-
les percellere metu neminem so-
lent, ultra quòd proveci jam essent
ætate & liberis carerent. Nihilo-
minus auspiciatissimum hoc est
connubium, à providentiâ Dei e-
lectum, ad progignendum mundo
illam, quæ paritura nobis erat desi-
deratum cunctis gentibus; illum
nempè Filium David, consensu-
rum Thronum Patris sui, ut eva-
dat verus Rex Israël, Rex Regum
& Dominus dominantium. Ve-
rùm est, futurum hoc neutiquam
ratione quâdam carnali & materiali,
ut sibi persuadebant Judæi, sed
ratione quâdam spiritali, quæ fir-
mior, solidior & absque Comparatione
longè excellentior est. Quam-
vis enim stulta mundi sapientia
non æstimet nisi quæ corporalia
sunt & sensibilia, idque quòd
spiritalis est, nonnisi Chimæram
esse credat, & meram imaginatio-
nem; nihilominus omnes sapien-
tes vident, comprehendunt & con-
sentiunt, oppositum potius substi-
tere & congruere veritati: liqui-
dem corporale & sensibile, nonnisi
umbra est, quæ transit; nonnisi
fumus, qui evanescit; nonnisi
corruptio, quæ perit & redigitur
in nihilum; pro eò, quòd spiritalis
sit aliquid incorruptibile, magis
palpabile animabus, quàm corpo-
rale

Cur Sancta
Joachim &
Sanctæ An-
næ Hero-
des peper-
cerit,

Omni
feliciter
quia
rusti-
cale
uali-

Quantum
spiritalis
excellat
corporali

rale sensibus, tamque solidum, ut dureret in æternum. Qui bene hanc intelligeret Philosophiam, minimum spirituale maximo præferret corporali, quod sit in mundo.

Ah! utinam, inquit Artemisia, tantâ firmitate, quantâ tu, totus id crederet mundus! ô Deus, in quantâ omnes viveremus quiete! Siquidem nulla nos tenet sollicitudo, nulla affligit cura, nisi pro materiali; omnesque disceptamus pro hoc adversum alios; & hoc est, quod suscitât controversias, lites, bella, querelas, inimicitias, fraudes, & denique omnem vitæ præsentis tempestatem: pro spiritali non est, qui multum desudet, & si quisquam habere id voluerit, non erit, qui pro eò cum ipso disceptabit; ex opposito offertur id nobis, quin etiam quasi vi factâ nobis obtunditur; & non est, qui velit id acceptare; quod aliunde profectò non oritur, nisi quòd aspiciamus materiale veluti verum bonum, quod nostris conducât, commodumque pariat corporibus, & spirituale veluti rem quandam fictitiam & imaginariam, quæ non fit de pane lucrando. Ex quo patet, homines in hoc haud aliter se habere, ac si essent pura corpora absque animabus, vera animalia & homines imaginarij, qui si hâc afficiantur injuriâ, vix contra eam se poterunt defendere.

Sed deflectimus à nostro argumento, magni æstimo documenta

De hæc Consultat, Tom. III,

tua moralia, prosequitur Artemisia, nolim tamen ab ijs impediri, ne addiscam, quod nôsse percipiam. Satisfactum mihi est, quantum spectat ad tempus Nativitatis Virginis Sanctissimæ, jam scire perciperem, quænam pars mundi tam fuerit auspicata, ad recipiendum pretiosum hoc donum è cælo.

Exploratus quidem tibi est annus, reponit Viator, sed nondum nôsti mensem, diem & horam. Quantum ad mensem, dubitari de eo non potest, cum communis sit sensus Ecclesiæ, fuisse mensem Septembris, in quo etiam celebrari videmus hoc Festum Sanctissimæ Nativitatis. In hoc mense transit Sol è signo Leonis in signum Virginis: æquum igitur erat, ut in hoc mense nasceretur Virgo, eò quòd reductura erat magnum Solem æternitatis ab iracundiâ exasperati contra peccatores Leonis ad mansuetudinem Dei Humanati in Virgineo sinu suo.

Quantum attinet ad diem, ultra quod eadem Ecclesiæ auctoritas pari ratione stet pro die octavo, sicut pro septimo mensis, quòdque plurimi boni Auctores, plures haud aspernandas, assignant rationes, ad demonstrandum, quòd dies mensis octavus summè conveniens fuerit huic Nativitati, unam illarum invenio, quæ tantæ mihi videretur efficaciz, ut sufficiat Sola ad persuadendum mihi, alium diem non fuisse nisi octavum,

X

Sanctissima Virgo nata est in mense Septembris, & quare.

Sanctissima Virgo nata est die octavâ mensis, quæ hujus rei ratio.

S. Ambros. in Lucas,

qui hoc mereretur condecorari honore. Ex Sancto Ambrosio hoc mihi illuxit jubar, dum exarantem illum lego in Commentarijs super Evangelium S. Lucæ, quòd octava non sit dies temporis, sed æternitatis: *Octava spei nostræ perfectio est*: Ratio ipsius est, quòd omne nostrum tempus numeretur per septem hebdomadæ dies, quando perventum est ad septimum, non progredimur ulterius, sed denuò incipimus numerare ab uno, & prosequimur iterum usque ad septimum: Sic octava dies non est intra mensuram temporis, sed ultra id progreditur. Hem! quænam est illa dies, quæ transgreditur omne tempus, nisi æternitas? Tu quæris, cur Sanctissima Virgo nata sit octavâ die; nonne vides illam esse diem æternitatis, adhæc exigere æquitatem, ut opus tam exquisitum potiùs sit opus æternitatis, quàm temporis? Sed inquiri locum Nativitatis ipsius, resumit Artemisia, in video namque auspiciatæ illi regioni, quàm honoratiorem æstimo universo orbe. Hæc accidit, Domina mea, in Civitate Nazareth, in Provinciâ Galilææ, & in eadem parvulâ domo, ubi quatuordecim annis & sex mensibus elapsis postea excepit Legatum Angelicum è cælo ad semissum, & concepit Unigenitum Filium Dei in castissimo utero suo per

Sanctissima
Virgo nata
est in Na-
zareth.

operationem Spiritûs Sancti, permanens Virgo & Virginum omnium purissima. Sanctus Hieronymus, vel quicumque Auctor est libri, qui tractat de Nativitate Sanctissimæ Virginis, pro certo tenet, ipsam natam esse in parvâ hæc, sed Sanctissima domo, in quâ laetavit postea & primis vitæ suæ annis educavit Infantem JESUM. Hæc domus est, quàm nuncupamus hodiè domum Sacram Lauretanam, quæ non amplius sita est in Nazareth, eòquòd transportata fuerit in Italiam per manus & ministerium Angelorum.

Nihilominus Abulensis non est hujus sententiæ; siquidem firmiter is credit, ipsam natam esse in parvo quodam oppidulo campestri, cui nomen Sephoræ distante tribus horis circiter à civitate Nazareth. Et ratio ipsius videtur habere pondus: Siquidem dicit, hanc fuisse habitationem & domicilium Sancti Joachim & Sanctæ Annæ, parentum Sanctissimæ Virginis: Jam magis credibile est, ipsam natam esse in domo parentum suorum, quàm in quocunque alio mundi loco; præcipuè credendum non est, ipsam esse natam in domo Nazareth, quæ domus erat Sancti Joseph sponsi sui: siquidem sana ratio nonne exigit, nasci puellas in domo parentum suorum, & postea transferri in domum suorum conjugum?

Itane

Cur
fina
nata
loco
ex p
bus
ibus

Abulensis
in Mart
um c. 1
q. 91.

Specula
piato
locum
civitat
Virginis

Cur Sanctissima Virgo nata sic in loco vili, & ex parentibus pauperibus.

Itané, interpellat Artemisia, tantæ dignitatis princeps puella nascatur in loco tam parvum spectabili, & in domo tam vili ac paupere, & è parentibus tam abjectis inter homines, pro eò, quòd præcipua & illustissima mundi civitas, & speciosissimum totius Orbis palatium non habuissent sat splendoris ad recipiendum pro dignitate illam. O magne Deus! O vive Deus! O Majestas infinita, quàm excelsæ sunt cogitationes tuæ super illas hominum! quàmque in omnibus clarè ostendis, quàm æstimes parvi parvas temporales magnificentias! Tu omnes has tuis complecteris manibus, sed nonnisi, ut projicias illas abs te, nobisque demonstres magnum, quo illas prosequeris, despiciam; cum illatum nec unicam admittere volueris pro te, vel pro Sanctissima Matre tuâ. Si quidem ubi sunt magnificentia, quas videre erat in Nativitate hujus Angelorum hominumque Regina? Quis festivos illic accendit ignes? Quis ipsius evulgavit ac dilatavit gloriam? nemo de hoc cogitat, hujus nemo suscipit curam; nascitur in abjectione & contemptu velut puellarum omnium novissima. Advette hoc & erubescere mundi vanitas. Nonnè aspicias, vanam gloriam dignam non esse, quæ appropinquet Deo, eòquòd ipse sit veritas, & ipsa non sit nisi falsâ apparentia?

Verùm ampliora adhuc videbis, quàm credas, reponit Viator: Probè nôsti, Evangelium nec unico verbo mentionem facere ipsius Nativitatis, ipsius infantia, ipsius parentum, nec alteriùs cuiuscunque, quòd ipsius attingat personam, non magis, quàm si reipsâ non esset, cum tamen tam sigillatim describat Nativitatem Sancti Joannis Baptistæ, tum infantiam, tum parentes ipsius; sed Virginis Sanctissimæ nec unico verbo meminit; producitur mox in medium velut Mater JESU: *MARIA, de quâ natus est JESUS*; quin dicatur, nec qualis sit, nec unde veniat, nec quando, nec quomodò ingressa sit mundum; diceres sic factam ipsam subito esse inventam, citra id, quòd quisquam de eâ cogitaret. Unde hoc est? quærit Artemisia, prorsus attonita ex eò, quòd audiebat: siquidem exiguum videbatur ipsi innuere existimationem Virginis, nihil recensere de ipsius Nativitate, nec de ipsius parentibus.

Totum oppositum, respondit ipsi Viator; nihil video, quòd ita Nativitatis ipsius attollat gloriam, sicut mysteriosum hoc Evangelij silentium. Non vult loqui nobis de illâ, velut de Filiâ hominum; hinc est, quòd nihil dicat de ipsius parentibus; non vult etiam nobis loqui de illâ velut de infante; hinc totam ipsius pueritiam tumultat silentio; sed tota descriptio, quam

Cur Sacra Scriptura nullam faciat mentionem nec Nativitatis, nec parentum Sanctissimæ Virgini.

Silentium S. Evangelij circa infantiam Sanctissimæ Virginis non caret mysterio.

Abuleis in Mantum c. 1. q. 91.

Speciebus pinto in locum Nativitatis Virginis



quam de illa nobis vult dare pro
obtinenda ipsius cognitione, con-
sistit in hoc, quod sit Mater JESU
Christi, Filij Unigeniti Dei Patris
& Salvatoris mundi. Non nisi hoc
solum attendas in illa, & cætera
prætermitte omnia; Nam ecce to-
tum ipse esse; & quando dixe-
ris, ipsam esse Matrem Filij Dei, di-
xisti omne, quod est: attollat hæc
pietas tua paulisper mentem suam,
& consideret, quantus ex hoc ho-
noris cumulus accrescat Sanctissi-
mæ Virginis Nativitati.

Innascibili-
tas & Paternitas, sive
Maternitas
sunt duæ
notiones
Patris &
Matris JE-
SU Christi.

JESUS Christus non habet nisi
Patrem in cælis, & Matrem in ter-
ris; ipse amborum est gloria; in-
venitur tam magna conformitas in-
ter patrem ipsius, & Matrem ipsius,
ut in illorum videatur deducere
nos velle cognitionem eadem ra-
tione; Ut cognoscamus Deum
Patrem & discernamus ipsum ab
alijs personis divinis, observandæ
proponuntur nobis in ipso duæ
Excellentiæ speciales, quas Theo-
logi appellant duas notiones, tam
ipsi propriæ, ut non inveniatur in
alijs personis; primam nuncupant
Innascibilitatem, & secundam Pa-
ternitatem. Innascibilitas vult in-
nuere, quod ipse natus non sit ex
aliâ personâ, sed quod ipse pri-
mum sit principium & origo Divi-
nitatis; & Paternitas vult declara-
re, quod ipse producat Filium ex
propriâ suâ substantiâ: ita ut co-
gnoscamus ex hoc, quod ipse na-
tus sit ex nemine, sed Filium pro-

gnat unicum è sinu suo: Et ec-
ce fidelem descriptionem Patris
JESU Christi.

Nonne videtur tibi dare nobis
in Evangelio eandem descriptio-
nem, ad deducendum nos in cogni-
tionem divinæ Matris suæ? Nihil
observatur in ipsâ, per quod di-
scerni possit ab alijs, nisi eadem
duæ notiones Patris æterni: Innas-
cibilitas & Maternitas: *MARIA,*
de quâ natus est JESUS. Obser-
vatur in ipsâ Innascibilitas ex ma-
gno hoc silentio, quo sepeliuntur
ipsius Parentes, quasi nullos omni-
nò habuisset. *MARIA* est, ne
indages, unde & è quibus sit natus;
sed aspice illam, quasi nata non es-
set ex aliquo; Ecce tibi Innascibi-
litem simul & Maternitatem,
quia in instanti, quo nominatur,
ostenditur mox ipsius Filium Unige-
nitum: *MARIA, de quâ natus est*
JESUS: quasi insinuari nobis vel-
let, quod ad exemplum Patris æ-
terni, eodem instanti, quo est, exi-
stat etiam Mater: ita ut compre-
hendamus ex hoc, ipsam esse na-
tam ex nemine, sed ipsam proge-
nisse Filium Unigenitum è sinu
suo, & eundem quidem æterni Pa-
tris Filium. Et ecce tibi fidelem
descriptionem Matris æque ac Pa-
tris JESU Christi; ex quo collige,
non cedere ipsi in contemptum,
quod nulla parentum ipsius in
Evangelio fiat mentio.

Sane, fatetur Artemisia, si res ita
sumatur, major ipsius Nativitati at-
tribui

tribus non posset gloria, quàm mysterioso hoc silentio. Unde & credo, si hisce infistatur vestigijs, ipsam pompâ valde magnificâ ingressam esse in mundum, quamvis visibilis non fuerit oculis morta-

lium. Ita omninò, reponit Viator, si illam benè vellent considerare, & facerentur, nullam unquam tam magnificam conspectam in illo mundo, uti videbis.

ARGUMENTUM.

Sanctissima Virgo tam magnificè ingressa est mundum, ut excedat omnem gloriam Regum terræ.

ARTICULUS III.

Qui benè inspicere vult veritatem, avertere debet oculos à vanitate: dum enim aspicit unum, non videbit alteram, eò quòd sibi invicem opponantur sicut tenebræ & lux, quas eodem oculo & aspectu nemo vidit unquam. Vanitas tota est in apparentiâ, eò quòd aliud non intendat nisi lucrati sensus; Jam sensus non tam quærunt id, quòd est, quàm id quòd apparet. Veritas e contra fugit apparentias, quasi abscondere se vellet sensibus, utpote non dignis se, eò quòd ipsa sit proprium intellectûs objectum. Veritas & vanitas duo sunt contraria, quæ destruunt se invicem: ubi non est nisi vanitas, non est ibi veritas; siquidem omnia non sunt, nisi pura apparentiæ; & ubi invenitur veritas, ibi vanæ apparentiæ non sunt, quas ostendendo se ostentet.

Hoc in principio dico, nullatenus per apparentias judican-

dum esse de Excellentijs Sanctissimæ Virginis, eò quòd apparentiæ non veritatis, sed indices sint vanitatis. Quærenda est veritas in hoc, quòd non percipitur sensibus: Ut illam inveniamus, legamus Evangelium, quòd oraculum est veritatis, & videamus, quomodo describat nobis magnificum & pompolum ingressum ipsius in mundum in die Nativitatis suæ. Fateri oportet, id omne, quòd unquam dictum est de gloriâ Victorum, & summorum Monarcharum magnificentiâ, quos unquam aspexerat mundus, nihil esse nisi abjectas vilitates in comparatione cum illo sive enim attendamus, quid ipsam præcedat; sive consideremus, quid ipsam comitetur, ipsamque circumdet; sive aspiciamus, quid ipsam sequatur, omnia miranda hæc sunt & stupenda.

Vis intueri, quid præcedat ipsam, videbis magnam catervam, illusterrimum cœtum Patriarcharum

Evangelium describit veram magnificè-riam ingressus sanctissimæ Virginis in mundum.

In tante Sanctissimæ Virgine in mundum

X ; tum

Oppositio
inter veri-
tatem &
vanitatem.

Reges illam
precedat,
omnes ge-
nerationes
illam com-
mitantur &
ipse DEI
Filius ip-
sam sequi-
tur;

rum, Prophetarum, Principum,
Regum, quos Evangelium in pul-
chro collocat ordine, ut præce-
dant ipsam in die Nativitatis suæ:
Nominari audies Abraham, Isaac,
Jacob, David, Salomonem, Ro-
boam, Josaphat, Oziam, & in-
gentem numerum aliorum capi-
tum coronatorum, majotum,
proavorum, atavorum, abavo-
rumque ipsius. Ecce tibi, quid
præcedat illam: an videri quid
possit splendidius? si consideres,
quid comiteretur, quid cingat &
circumdet Personam ipsius, non-
ne videntur cuncta præterita sæcu-
lâ eo nomine renasci, ut proximè
se collocent penes ipsam, ipsique
pomposam componant cultus com-
mitatusque aulici coronam? Quan-
do sacra scriptura omnes recen-
sens generationes ab Abraham,
imò etiam ab Adam usque ad ip-
sam, illas revocat à sæculis elapsis,
citare per hoc intendit illas, &
præsentis vult esse, ut contri-
buant omnes ipsius gloriæ per
unanimum acclamationum suarum
harmoniam, & universalem quem-
dam festivorum applausum con-
centum; id quod ansam dicendi
dedit magno cuidam Imperatori,
quod MARIA fuerit panegyris
omnium sæculorum; imò & ipsâ
in suo asserit Cantico: *Ex hoc bea-
tam me dicent omnes generationes.*
Angloriosior vel numerosior con-
specta fuerit unquam cultus aulici
vel pompa, vel frequentia?

Imperator
Leo,

Sed aliud adhuc videbis, si tuos
conjicies oculos in id, quod se-
quitur ipsam; siquidem Majestas
DEI hic tibi præbebit se conspi-
ciendam. Observabis hic, quod
supremus mundi Monarcha, pro-
prius & Unigenitus DEI Filius
adjunxerit sese affectis & seclato-
ribus ipsius; quin etiam aggre-
gare se voluerit iis, qui subduntur
ipso, & dependent ab ipsâ eò quod
non minus verè sit Unigenitus
ipsius Filius, quam Unigenitus sit
Filius Patris æterni; & quod mi-
rabile magis est, ille, qui sequi
non potest, nec dependere à di-
vino suo Patre, sequi voluit &
dependere à Sanctissimâ suâ Ma-
tre. Ast nondum hæc sunt om-
nia; quando enim dico Filium
DEI, non dico solam ipsius per-
sonam, sed cum ipso totam ipsius
familiam, infinitâ copiâ referam,
id est omnes Sanctos, omnes præ-
destinatos, id omne, quod com-
ponit Ecclesiam tum triumphan-
tem, tum militantem, omnemque
innumerabilem frequentiam illu-
strissimorum Regum in omnem
æternitatem regnantium, qui cum
non sint nisi unicum Corpus my-
sticum cum JESU Christo, spe-
ctant quasi ad committatum affe-
clarum, seclatorum, subditorum
que Virginis Sanctissimæ. O
DEUS! quanta magnificentia.
Aspice modò hæc omnia unico
intuitu; perpende, quid præce-
dat ipsam, quid ipsam comitetur,
quid

Comitetur
summe
magnitudo
Sanctissimæ
Virginis
mundum
intra

Qua
vang
quor
tur
sâ de
vicit
gibi
piat
verb
ber g
nis.

quidve sequatur dum suum in orbem terrarum celebrat introitum: Noñe hærebis attonitus præ admiratione, quæ tuum absorbeat animum, tuamque intercipiat vocem; tandemq; fateberis, ea omnia, quæ unquam tum in sacris, tum in profanis historijs vel lecta, vel conspecta sunt, magnificentissima, nil complecti, quod accedat ad Majestatem, pomposumque Sanctissimæ Virginis apparatus, quod respenderit, dum auspiciatissimo ingressu suo mundum consecravit.

Quare Evangelium quod dicitur in Missâ de Nativitate Virginis, incipiat ab his verbis: *Liber generationis.*

Probè videbam, luculentam hanc descriptionem Viatoris nostri haud leviter placuisse toti Societati; nonniã unicus Ecclesiasticus, qui ex occasione aderat, dicit ipsi: Videtur mihi, Domine, Evangelium non ita describere nobis Nativitatem Sanctissimæ Virginis; & ut verum fatear, non capio, quomodò id nobis de illâ loquatur. Admirandus observavi, quod illud, quod ab Ecclesiâ cantari præcipitur in Missâ magnæ hujus solemnitatis, ne verbo quidem attingat Sanctissimæ Virginis Nativitatem, sed præcisè ab his incipiat verbis.

Liber generationis JESU Christi: Quâ ratione loquitur nobis de libro, dum loquendum foret de Nativitate Virginis Sanctissimæ?

Ne admireris, reponit Viator; admiranda profus est Spiritûs Sancti eloquentia; nunquam nec

illa Angelorum, nec illa hominum invenire potuisset declarationem tam pulchram, tamque luculentam, ad insinuandum nobis excellentias Sanctissimæ Virginis in Nativitate ipsius, quàm dicendo, ipsam esse librum generationis JESU Christi. Enimverò mihi dicitur, cum literatus sis, ad quid inservit liber, & quodnam est munus illius? Nonne & ut recipiat cogitationes & verba, illa conserveat, ipsa quopiam induat corpore, & visibilia omnium oculis illa reddat: Liber nonniã ad hoc est factus: Et nonne ad hoc quoque destinata est Sanctissima Virgo à divinâ providentiâ? Habet DEUS Pater cogitationem suam æternam in intellectu suo, exprimit illam per Verbum suum, quod est Filius ipsius Unigenitus: sed magna hæc cogitatio in intellectu ipsius Concepta, & magnum hoc Verbum ore ipsius pronuntiatum totum absconditur in ipso & intra ipsum; nemo nisi ipse illam videt; nemo præter tres personas divinas hoc audit & intelligit: quâ igitur ratione id nobis declaret. DEUS Pater pro bonitate suâ exarate nobis vult hoc Verbum in libro quodam, ut illud nobis reddat visibile, illudque velut aliquam Epistolam transmittat nobis; dicit nobis, linguam suam esse calamus scribentis: *Lingua mea calamus scribe:* Eadem lingua, quæ pronuntiavit adorandum

Sanctissimæ Virgo est Liber generationis Filii Dei.

Pl. 44.

dum hoc Verbum invisibiliter in DEO, scribit hoc visibiliter in quodam libro, quem eum obfirmem tanto adornat & præparat candore, ut maculatus nunquam fuerit vel minimâ labe, & liber hic est Sanctissima Virgo, cujus puritas, candor & innocentia existunt incomparabiles.

Hæc est, quæ recipit occultam cogitationem DEI; & invisibile ipsius Verbum, idque induit quodam Corpore, ut visibile idipsum nobis reddat; Ipsa id ita nostris exponit oculis, nobisque modum assignat & suggerit legendi intima cordis DEI arcana, quæ impressit huic libro, ut permaneant in nostris manibus, & pro nobis conserventur usque ad consummationem sæculorum. **Judica**, an ipsa verè non sit *Liber generationis JESU Christi*; **Vetus Liber generationis Verbi divini**. Affirmari non potest propriè, quòd sinus Patris æterni sit liber generationis Filii sui, eò quòd is permaneat adhuc, semperque ibi; non est hic impressus velut in aliquo libro, nec vestitus characteribus, qui à nostris videri possint oculis; sed solum ibi est, velut Verbum, nunquam non & sine ullâ intermissione pronuntiatum: gloriosum igitur hoc eloquium Libri generationis Verbi, non spectat nisi ad solam Sanctissimam Virginem, quæ quidem non pronuntiavit hoc Verbum,

sicut Pater; sed scriptum id ipsa circumfert, visibilibus vestitum characteribus, & velut objectum oculorum nostrorum. Sanctus Joannes Damascenus simile quid asserit, dum nuncupat ipsam novum volumen, in quo Verbum DEI scriptum est absque aliqua manu.

Exhibendus tibi fuerat, mi Domine, prosequitur Viator noster, aspiciens bonum hunc Ecclesiasticum, hic liber ad legendum; siquidem nil magis congruit personis conditionis tuæ, quàm bonorum librorum lectio. Sed alium quendam offeram illustribus huicæ fœminis, magis ipsis idoneum, quàm tibi; & hunc mihi suggerit Andreas Patriarcha Jerosolymitanus, qui reverens & de salutari profundâ meditatione mirabilium, quæ omnipotentia DEI operata est in Sanctissimâ Virgine, ut esset Mater Filii sui Unigeniti, tam singulari ipsam elogio salvere jubet, ut nemo, quantum quidem sciam, illo ipsam condecoraverit unquam: *Salve contemplativa cognitionis intellectuale speculum*. Vocat ipsam speculum intellectuale cognitionis contemplativæ. Et videtur mihi, quòd magis appositè loqui non potuerit, quàm nuncupando ipsam speculum intellectuale: Si quidem quoddam officium est speculi? Vos id nôstis, illustres Domine, saltem conspiciatis id quotidie, sed fortassis non adver-

Sinus Patris æterni non est Liber generationis Verbi.

generacionis JESU Christi; Vetus Liber generationis Verbi divini. Affirmari non potest propriè, quòd sinus Patris æterni sit liber generationis Filii sui, eò quòd is permaneat adhuc, semperque ibi; non est hic impressus velut in aliquo libro, nec vestitus characteribus, qui à nostris videri possint oculis; sed solum ibi est, velut Verbum, nunquam non & sine ullâ intermissione pronuntiatum: gloriosum igitur hoc eloquium Libri generationis Verbi, non spectat nisi ad solam Sanctissimam Virginem, quæ quidem non pronuntiavit hoc Verbum,

Orat. de dormit. Deip. Virg.

Andreas Jerosolymitanus de salutari

Insigne speculorum fœminis illustribus

titis illud; maxima enim prodigia non observantur, si usitata sunt & quotidiana.

Nōne videtis, aliud non facere speculum, nisi quod recipiat species, vel imagines invisibiles objectorum sibi observantium, quas Philosophi vocant species intentionales; siquidem affirmant, omnia objecta visibilia, naturales esse pictores, qui non cessent depingere semetipsos, seque tales, quales sunt, repræsentare in omnibus spatijs diaphanis se circumstantibus, sed ratione tam subtili ac speciebus tam tenuibus ut nihil earum appareat nisi occurrat speculum, quod invisibiles has species suo recipiat sinu, ubi illas aliquo modo reddat corporales, exin visibiles illas pariat oculis nostris. Quis non admirabitur fecunditatem & puritatem speculi? Id fecundum adeo est, ut quidquid ipsi coram exhibetur, reproducat & quamprimum pariat. Exempli gratiā: Si centum Personæ præsentis ipsi sistantur, centum personas pariet è sinu suo, illasque exponet conspectui omnium; exin sistantur ipsi quingentæ aliæ, & quot coram se inveniet, tot in eodem instanti concipiet & pariet pignora; nullamque exhibere illi poteris rem visibilem, quam non concipiat, mōxque in momento producat. An unquam fuerit huic par fecunditas?

Nihilominus puritas ipsius tantum

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

ta est, ut permaneat semper Virgo; siquidem nec fœdatur, nec maculatur, nec aliquid suæ amittit integritatis, ut tantorum Pater sit pignorum; concipit illa permanens Virgo, parturit illa permanens Virgo, concipit illa absque voluptate, parturit illa absque dolore. Ecce tibi speculum, quod nihil nec in fecunditate, nec in puritate sibi habeat æquale; unde & æstimo ipsum aptissimum esse Symbolum excellentiarum Sanctissimæ Virginis & Matris MARIÆ. Diximus modò, ipsam esse Librum generationis JESU; sed aspice illam, & videbis, ipsam melius adhuc esse speculum intellectuale cognitionis contemplativæ.

Filius DEI est propriè id, quod nuncupari potest cognitio contemplativa, siquidem Pater contemplando se, seque ipsum cognoscendo producit illum; sed, producit illum suam velut imaginem & perfectissimam effigiem tum essentia suæ, tum perfectionum suarum; tam verum non est, quod omnia corpora visibilia impleant totum circumdans se spatium diaphanum, speciebus suis intentionalibus quàm verum est, quod DEUS perfectam sui ipsius producat imaginem in toto infinito immensitatis suæ spatio, quamvis visibilis nemini sit, eòquod speculum idoneum non adsit, quod recipiat hanc speciem invisibilem & totam spiritualem, ut vestiat il-

Speculum fecundum est & Virgo concipiens & pariens absque jactura integritatis suæ.

Quomodo sanctissima Virgo mirò modò exerceat officium speculi.

Y

lam

lam corpore, nostrisque reddat
visibilem oculis.

Divinus Areopagita loquens
de Angelis, dicit, ipsos esse sub-
stantias intellectuales, & velut
purissima specula, in quibus pla-
ceat DEO exprimere adoranda-
rum suarum perfectionum pulch-
ritudinem: in aliquibus exprimit
amorem suum, uti in Seraphinis;
in aliis sapientiam suam, uti in
Cherubinis; in alijs immutabili-
tatem suam, veluti in Thronis;
in alijs Dominium suum, velut
in Dominationibus; in alijs
felicitatem suam, velut in pote-
statibus; & sic de reliquis. Ve-
rùm licet ipsi omnes huc manife-
stationes excellentiarum DEI, uti
ipso Sanctus Dionysius nuncu-
pat; nihilominus nec unas in
particulari, nec omnes simul ha-
bent virtutem reddendi nobis
ipsum visibilem, eòquod non sint
specula Verbi, sed silentij DEI.
Sic Sanctus Dionysius id declarat:
*Ostendens bonitatem silentij, quod
est in celestibus.*

S. Dionys.
Areopag. I
de divinis
Nomin. c. 4.

Sanctissima Virgo sola est, cui
competat hæc gloria super omnes
Creaturas; ipsa sola à DEO præ-
ordinata est, ut verum sit specu-
lum cognitionis contemplativæ;
ipsa recipit speciem vel imaginem
DEI Patris in purissimo sinu &
utero suo; ipsa recipit illam invisi-
bilem & visibilem nobis illam red-
dit; ipsa recipit & concipit illam
ratione quâdam omninò purâ &

Virginali, eadèmq; ratione parit illam, ut ipsam nostris exponat ocu-
lis, quin aliquid perdat vel integri-
tatis, vel purissimæ Virginitatis lux;
ipsa concipit illam absq; voluptate,
& parit quoq; absque dolore: Ve-
rùm fecunditas & puritas ipsius in-
comparabiliter transcendunt fecun-
ditatem & puritatem speculorū.
Non demonstrat ipsa quidem fecun-
ditatem suam producendò & con-
cipiendò res infinitas, sicut spe-
culum materiale, sed producen-
do imaginem DEI, producit ens
quoddam infinitum. An concipi-
pere quis possit animò majorem
fecunditatem? sed puritas non
minor est fecunditate ipsius; si-
quidem imitatur illam DEI Patris,
& transcendit illam Angelorum
omnium in cælo.

Si imago libri placuit Ecclesia-
stico, illa speculi magis adhuc
placuisse videtur illustribus scæ-
minis, cum primis Artemisiz; hinc
quondam sibi desuper formavit
considerationem, quæ forsan Via-
toris nostri non occurrerat menti
Quod genus speculi est hoc, in-
terrogat ipsa, quo ostendatur no-
bis Verbum DEI? nunquam ar-
tifex, quantum sciam, invenit
modum conficiendi specula, quæ
idonea sint ad conspiciendum
verba; quomodò hoc fieri posset,
cum ipsa non sint objectum ocu-
lorum? potest quidem excogita-
ri modus quo ipsa audiantur, sed
non quo videantur; possunt etiam
repro-

Angeli
specula
silentij
Sanctissimæ
Virgo
speculum
Verbi DEI

Prodi-
sum spe-
lum ost-
dens ver-
quæ
sunt ob-
jectum oc-
lorum
aurium

reproduci per quendam Echo, quæ speculum est aurium; sed ostendere verba oculis; & quod plus est, ostendere oculis mortali-
 lum Verbum æternum, id om-
 nem excedit admirationem.

Nihilominus videmus illud, institit Viator, & quod mirabilius est, videmus illud, postquam declaraverat DEUS, homines in vivis illud nunquam visuros, inò videre id nunquam posse; Quando enim Moyses intimus & familiaris ipsius amicus in singulari amicitia tesseram petijt, ut conspiciendum se ipsi præberet, hoc obtinuit responsum, quod

Exod. 33. v. 23.

Sanctus Augustinus tanto mysterio refertum invenit: *Videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.* Hæc super verba discutit Sanctus Doctor juxta morem suum, modò valde sublimi; & quaerit, quænam sit hæc facies, quam nemo videre possit; & quænam sint hæc posteriora, quæ possint videri? respondet is sibi ipsi: Facies est divinitas, posteriora sunt Sanctissima Humanitas; Divinitas videri non potest ab hominibus tempore hujus vitæ mortalis; hinc Scriptura sapient. 7. ipsam optimè nominat *speculum sine macula.* Quando habes crystallum omnino purum absque admixtione alterius cujusdam Corporis, est ea tota transparentis & diaphana, lumen per ipsam transit, species

ibi transeunt, & omnia transeunt per ipsam, ita ut nihil ibi videatur; sed adjuuge Corpus aliquod opacum, quod obductum sit plumbo vel Mercurio, vel alio quodam corpore valde solido, Eximium ipsa evadit speculum, omnia objecta videre ibi licet cum voluptate.

Verbum divinum consideratum in solâ divinitate suâ est speculum sine maculâ; oculi nostri videre in illo nihil possunt. Sed postquam Sanctissima Virgo conferens ipsi Sanctissimam Humilitatem, obduxit ipsam corpore quodam opaco, excellentissimum evasit speculum, ita ut omnia, quæ visibilia sunt, perfectissimè videantur in eo. O quanta prodigia videntur in JESU Christo DEO homine! videtur ibi DEUS, videtur ibi homo, Creator & Creatura; videtur ibi splendor virtutis; videtur ibi horror peccati; videtur ibi rigor justitiæ DEI, & odium, quo fertur in peccatum; videtur ibi abundantia misericordiæ ipsius & desiderium, quo ardet, salvandi peccatores; videtur ibi firma spes ac fiducia æternitatis beatæ; unico verbo nihil est, quod non clarissimè videatur in admirando hoc speculo, quando tractim & periculatorim. Quis donavit nobis hoc speculum? DEUS Pater & Sanctissima Virgo composuerunt id eo nomine, ut statuerent nobis illud ante oculos,

stris per Sanctissimam Virginem.

Quid videatur in JESU Christo velut in speculo.


ambo ex sua substantia contribuerunt illuc; DEUS Pater dando divinitatem, Beatissima Virgo dando Sanctissimam Humanitatem; & JESUS Christus ex utraque compositus est perfectissimum speculum animarum nostrarum. *Fecisti Domine de Corpore tuo speculum anima mea.*

Munus speculi præstantissimi offertur à Sanctissima Virgine illustribus feminis.

Videte illustres meæ Domine; quâ liberalitate vobis offerat Sanctissima Virgo præciosum hoc munus in die Nativitatis suæ; accipite illud ex manibus ipsius, velut amoris sui pignus, & vestræ omen felicitatis: Est divinum hoc speculum, quod vestris exponit oculis, ad conspiciendum in eo vestrarum maculas animarum: an quidquam conferre posset majorem vestris conclavibus splendorem? Sunt vobis, specula in conclavibus vestris quæ consulitis quotidie circa vultum vestrorum pulchritudinem; sed melius curioſæ eritis, si consulatis sapius hoc circa pulchritudinem vel maculas animarum vestrarum: nunquam id melius exponitur, quàm confixum in Cruce, ex quâ evidentius loquitur nobis, ubi resplendet magis, & clariùs ostendit nobis nostrarum statum animarum. O quàm horrenda mea mihi apparebit superbia, summâ ipsius conspectâ humiliatione! ô quàm abominanda mea

michi videbitur avaritia, cupiditasque divitiarum, observatâ maximâ ipsius paupertate! quàm probrosâ mihi accident ardentissima, quibus confector voluptates, desideria, consideratis sævissimis, quos amore mei sustinet, doloribus! quando aspiciam ipsius in tormentis patientiam, ipsius erga caritifices mansuetudinem; ipsius erga inimicos charitatem; ipsius in voluntatem DEI Patris resignationem, quâ suam ipsi consignavit & commendavit animam! Anima mea, ecce speculum tuum, absque intermissione consule illud; videbis ibi cum horrore deformitatem tuam; sed dum conspicias ipsam, ipsamque abhorrebis, id referes solatii quod visurus sis, paulatim efformanda in te divina ipsius lineamenta similitudinis.

Expectabam, meum oraculum suas adhuc ulterius profecturum affectus; sed Artemisia, quæ illarum accensenda erat devotarum sceminarum numero, quibus magis curæ est pulchrarum veritatum speculatio, quàm bonarum praxis virtutum, revocavit ipsum ad præfixum sibi scopum, ipsamque rogavit, ut alias adhuc impertiri dignaretur concessas sibi à DEO circa Nativitatem Sanctissimæ Virginis cogitationes; & ecce quid dixerit ulterius.



ARGUMENTUM.

*Sanctissima Virgo ingressa est in mundum velut
aurora diei gratia.*

ARTICULUS IV.

Plin. lib. 2.
c. 16.
Convolutum
lily tyrocinium natu-
re lilium fa-
cere condi-
tensis.

Curiosum quoddam ex antiquitate ingenium, fabricavit sibi olim non injucundam hanc imaginationem; quod, cum natura producere statuisset florem Lili, hanc inter flores Reginam, utpote dignam, quæ in tesserijs maximorum Regum scutis summo circumferetur cum honore, ausa non fuerit primitus statim tam sublime machinari opus, sed suum prius posuerit tyrocinium in efformando flore alio, ipsi non admodum ab simili, quique videri possit lilium rudi graphide delineatum (quem alii convolutum, alii campanulam appellant) quodque hoc animata specimine manus adjecerit proposito sibi maximo operi, & auspiciatissimo eventu florem produxerit Lili in eâ perfectione, quâ condecoratum ipsum modò conspicimus. An dicere audeamus, quod gratia ratione quâdam imitati voluerit naturam?

Satuerat secum gratia producere Deum Hominem, Verbum Incarnatum, hunc incomparabilis pulchritudinis florem, qui à sacro nuncupatur codice *Lilium convallium*, opus stupendum sanè & exquisitissimum. Videtur, quod gratia,

expertissima quantumvis artifex; moliri idque aggredi non fuerit ausa, antequam tyrocinium hujus præmitteret, artisque suæ specimen daret circa aliud quoddam opus, quod quidem tam perfectum non est, multum tamen cum ipso gerit similitudinis; prius igitur efformavit Matrem DEI, exin tota pulchritudinis illecta conspectu, quam huic affinxit operi, tam benè auspiciato eventu & omne elaborato, machinata quoque est efformare Filium DEI, prodigiorum, omnium prodigium & exquisitissimum omnino opus, quod prodire unquam posset è manibus gratiæ. Affirmari igitur potest, quod ambo, Filius & Mater præstantissima sint duo opera gratiæ, sed Sanctissima Virgo sit quasi opus Tyrocinii & quoddam experimentum artis; Jesus Christus autem sit opus Magisterij, omnibusque absolutum numeris, unum sit velut aurora in ortu suo, & alterum velut sol in plenâ meridie.

Nonne hic verus sit sensus in: *Psal. 73. 7. signum verborum*, quæ exarata nobis relinquit Vates Regius in *Psalmo septuagesimo tertio: Tu fabricatus es auroram & solem: Tu ô Magne prodigiorum natura* *Y 3* *artifex*

Tyrocinium
& Magisterium gratiæ.

Maria tyrocinium gratiæ Christum facere condiscipulis,

Psal. 73. 7. signum verborum 16.

Gratia producit JESUM & SS. Virgiam

velut auro-
ram & so-
lem.

Cant. 6. v.

✱

artifex, & Omnipotens Auctor po-
tentorum gratiæ! auroram condi-
disti & solem; ambo sunt opera
tua: Nemo est, quem lateat, per
solem plerumque intelligi JESUM
Christum juxta idioma Scripturæ;
& per auroram Virginem Sanctis-
simam: Quæ progreditur quasi
aurora consurgens: Ambo, Filius
& Mater, velut aurores & Sol, sunt
rarissima duo prodigia, quæ forma-
ta sunt, vel formari unquam possint
à manibus gratiæ.

Ecce insignes quidem cognitio-
nis radios, interpellat Artemisia,
ponis nobis ob oculos; credo te
observare hinc speciale quoddam
mysterium, quod velis declara-
re nobis: Sed memineris, splen-
dorem nimium offundere oculos,
& dum nimium videtur, sæpè vi-
deri nihil. Id novi, Illustris Do-
mina, reponit Viator, sed nihil
tantò cotuscum splendore tibi ha-
beo monstrandum, quod oculi tui
aspicere non possint cum volu-
ptate.

Varro lib.
26.

Aurora est
velut pictor
insaurans.

Si fidem adhibemus profano
cuidam, qui curiosus admodum ex-
titit considerando & describendo
prodigia naturæ: prima hæc dilu-
culi claritas, diei afferens initium,
nomen circumfert *aurora*, ad de-
clarandum nobis suæ divitiæ pul-
chritudinis: dum enim appellatur
aurora, idem vult dicere, quod au-
rea horâ, eòquod reipsâ inaret
omnia, quæ suis attingit radijs,
velut cuspide pretiosi cujusdam

penicilli, expertissimi more picto-
ris, supra horizontem, ducere vo-
lentis lineam & superficiem quan-
dam auream, & exinde totum de-
albare hemisphærium, ad recipien-
dum quantumvis condignè solem,
velut Regem astorum & patrem
totius naturæ.

Ubi primum hæc apparet au-
rora, accumulatur gaudio totum hunc
mundum inferiorem, eòquod con-
stet, abundare ipsam magno lumi-
nis fonte, quem gesserit in sinu suo,
& speretur, non diu ipsam affulsu-
ram terræ, quin effusura sit ipsum è
medio sui, sicque evasura Mater
diei. Qui penitius indagant na-
turas rerum, tria hinc inveniunt
prodigia. Primum est, quod ipsa
fiat Mater eodem ferè tempore,
quo nascitur: mox enim ubi cons-
picitur aurora, videtur è sinu ip-
sius prodire sol. Secundum est,
quod ipsa sit Mater & Virgo, cum
nihil amittat nec puritatis nec in-
tegritatis suæ, dum progignit hunc
Regem astorum, & evadit Mater
diei. Et tertium, idque maxi-
mum est, quod sit filia proprii sui
filij, & Mater proprii sui Genito-
ris: Ipsa est filia Solis, ipsa etiam
est Mater solis; ipsa est filia solis;
quis enim producit gignitque nobis
primam illam diluculi claritatem,
quam appellamus auroram, nisi Sol
ipse nostro appropinquans he-
misphærio, illamque præmittens,
ut suum nobis annuntiet adven-
tum? Aurora igitur filia est solis;
sed

Tria prod-
gia consti-
tando in
aurora.

Aurora
& Mater
solis, est
pulchra
imago
etiam
Virginis

sed & est ipsius Mater: unde enim nasci videmus solem, nisi è medio sinu & gremio auroræ?

O Domine quàm mira videntur Sapientiae tuæ opera animo consideranti illa? Verùm quæcumque facis in ordine naturæ pulcherrima, non sunt nisi graphica rudisque delineatio prodigiorum, quæ operaris in ordine gratiæ. Nonne videtur tibi, Nativitatem auroræ, quæ diei naturali dat initia, graphicam esse delineationem Nativitatis Sanctissimæ Virginis? Nonne & ipsa est vera aurora, quæ gratiæ nobis incipit diem? Unde oritur universale hoc gaudium, quòd in universam diffunditur Ecclesiam in die Nativitatis ipsius, quòdque ad cantandum extimulat ipsam in cunctis ædibus sacris: *Nativitas tua Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo; nisi ex eo, quòd videat apparere auroram, unde nasci debeat lux dies felicitatis? unde mox adjungit: Ex te enim ortus est sol justitiae Christus Deus noster, qui solvens maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam.*

Nonne videmus totam Ecclesiam salutare ipsam in ortu suo velut auroram nascentem? *Quasi aurora consurgens.* Dum nuncupat ipsam auroram, est proprium ipsius nomen, eò quòd opere ipso sit hora tota aurea, quæ incipit asserre mundo primos diei gratiæ radios,

tota nascens plenâ gratiâ, absque ullâ maculâ peccati, dulcique homines demulcens certitudine, quòd conspecturi mox sint nasciturum suum ex illâ Salvatore. Tria ingentia portenta, quæ paulò antè spectavimus in aurorâ naturali, prorsus offuscantur, si oculos conjicias in tria alia magis stupenda, quæ in hac aurorâ gratiæ se exhibent conspicienda.

Primum est, quòd ipsa appareat nobis Mater eodem quasi instanti, quo nascitur. Lege Evangelium Sancti Matthæi, ubi primum loquitur de MARIA, mox asserit, ipsam Matrem esse JESU Christi: *Genuit Joseph virum MARIE, de qua natus est JESUS.* Idem quasi momentum Matrem producit & Filium; non percipies enim nomen MARIE, quin immediatè post percipias & nomen JESU: quanta gignendi promptitudo juxta stylum Sancti Evangelij! ubi primum dicit quòd sit, dicit quòque ipsam esse Matrem: Aurora diei gratiæ auroram in hoc refert diei naturalis.

Secundum portentum MARIE transgrediens adhuc illud auroræ, est, quòd ambæ sint Matres Virgines; verùm si procul absuit ab aurorâ naturali, quòd aliquid amiserit puritatis suæ producendo Solem, qui non est nisi lumen, nec contraxerit maculam, quandam pariendo pulchritudinem, quæ splendorem asserat cunctis rebus crea-

Tria prodigia auroræ naturalis, resplendent mirifice in Sanctissimæ Virgine.

Tria prodigia auroræ

Aurora & Mater Sanctissimam Virginem velut auroram nascentem.

creatis; quanto minus perdiderit MARIA aliquid puritatis suæ, pariendo solem justitiæ, inexhaustum omnis puritatis & pulchritudinis fontem? Quomodo amiserit quidquam puritatis suæ Virginalis generando illum, qui etiam restitue Virginalem puritatem novit illis, quæ amiserant ipsam? Loquor

S. Ambros. cum S. Ambrosio, qui firmiter tenet, id prodigijs ipsum præstitisse in Magdalena: *Suscepit meretricem, & reddidit Virginem.*

Tandem tertium & maximum omnium prodigiorum est, quod MARIA sit Filia proprii sui Filij, & Mater proprii sui Patris; sed ratione multo magis mirabili, quam videatur id ipsum in aurora. Quod ipsa verè sit Mater proprii sui Patris, id est, Filij Dei, totum manifestum est, eod quod produxerit ipsum ex propria sua substantia; Et hic articulus est fidei, cujus suo tempore incomprehensibile considerabimus mysterium: Sed quod verè sit ipsius Filia, isque verè genuerit ipsam, est veritas, quam Sancti Patres, quam ratio, quam Sacra Scriptura his omnibus efficacior tam clarè demonstrant, ut dubitari de ipso non possit.

S. Augustinus contra hæres. tom. 5. c. 5. Si audiendi sunt Sancti Patres, loquatur nobis Sanctus Augustinus pro omnibus, eod quod omnium sit ipse oraculum. Is introducit JESUM Christum in eximio quodam Tractatu, quem edidit contra hæreses, confundens Mani-

chæi cujusdam impietatem, quæ Sanctissimæ Virginis temeravit honorem, hisce loquentem verbis: *Ego Matrem, de quâ nascor, feci; Ego viam meo itineri præparavi; hæc, quam tu despicias, Manichæ, Mater mea est, & de manu meâ fabricatâ.* An testimonium efficacius, clarius vel dignius à quoquam requiri possit?

Si audienda est ratio, unica Sola sufficiet pro omnibus, cum omnino sit irrefragabilis. MARIA non est opus naturæ, sed exquisitissimum & præstantissimum opus est gratiæ; speciale igitur est opus JESU Christi; Consequentia est infallibilis. Quare! patebit tibi ad oculum hujus necessitas consequentiæ, si consideraveris, quod non eadem sit ratio operum gratiæ, quæ est operum naturæ; hæc sunt effectus omnipotentia Dei, sed alia sunt effectus infirmitatis Dei. Tolerabis mihi hoc verbum declarare volenti, quid produxerit nobis Deus humanatus, humiliatus, annihilatus, patiens & moriens. Sanctus Paulus ipsemet non duxit sibi scrupulo, dum usus est hoc verbo: *Quod infirmum est DEI.* Hæc infirmitas Dei est, quæ produxit nobis omnia opera gratiæ tam admiranda, ut ipsorum minimum nobilitate suâ excedat id omne, quidquid præstantissimum est in omnibus operibus naturæ.

O mi

Excell
sta de
Ai, cu
nos sim
redder
Christo

Sanctissim
Virgo
pus grati
ergo JES
Christus
producti
ipsam.

1. Cor.
v. 21.

Excellentia
statu abje-
cti, cum
nos similes
reddat Jesu
Christo.

O miram vim ac robur humi-
liationis! an leviter perstrin-
gam tanti momenti consideratio-
nem? ô stupendam humiliatio-
nis potentiam! Affirmare, quod
omnes tres adorandæ Trinitatis
personæ, operantes juxta omnem
potentiæ suæ amplitudinem, &
producentes id omne, quod pro-
ducere possant in ordine natu-
ræ, conficere non possint quid-
quam, quod æquet id, quod
conficit una è tribus personis,
postquam per Incarnationem facta
est abjecta, & omninò quasi an-
nihilata. O quàm ingens nostra
est ignorantia! dum putamus haud
idoneos nos esse ad præstandum
quidquam magni in statu abje-
ctionis, abstrahere nos volumus
ab eo, ut, sicut dicimus, major
accrescat nobis & opportunitas
& facultas magis glorificandi De-
um; & non videmus, quod ipse-
met JESUS Christus amplexus sit
ipsam, ut Excellentiori modo
Dei Patris sui honorem promo-
veret & gloriam.

Jam redeo ad rationem meam,
& dico, quod, cum Beatissima
Virgo sit opus gratiæ, & quidem
opus gratiæ præstantissimam, spe-
cialiter pertineat ad JESUM Chri-
stum, eoque ipse solus, humili-
liando se, usque ad sui annihila-
tionem, principium sit operum
gratiæ, & non Pater, neque Spi-
ritus Sanctus, qui humiliati non

R. P. Isaac Consultat. Tom. III.

sunt, neque annihilati. Ipsa igitur
filia est proprij sui Filij.

Sed tandem audiatur desuper
Sacra Scriptura, quæ pondus su-
peraddit maximum. Videatur hæc
explanate nobis velle magnam
hanc veritatem verbis singularem
præferentibus splendorem & ma-
gnificentiam: *Sapientia edificavit*
sibi domum: Quenam est ista Sa-
pientia, quæ ipsamet pro suo ha-
bitaculo, extruere sibi voluit
quoddam palatium, nisi JESUS
Christus, quem Sanctus Paulus
hoc condecoravit encomio: *Chri-*
stum Dei Sapientiam: Et dein
commune est essatum in ore om-
nium, quod Sapientia attribua-
tur Filio, sicut potentia Patri, &
bonitas Spiritui Sancto. Nonne
igitur dicere, quod Sapientia æ-
dificaverit sibi domum, innuere
nobis velit, quod Filius Dei ex-
titerit Auctor & Conditor Matris
suæ? sed pondera horum vim
verborum, quæ velut totidem
sunt oracula.

Sapientia ædificavit, & ædifi-
cavit domum, & ædificavit illam
sibi ipsi; omnia hæc plena sunt
excellentijs & magnificentijs Ma-
tris Dei in Sanctissima Nativita-
te suâ. Siquidem inprimis, cum
Sapientia ædificaverit, certum est,
ipsam ædificasse sapientissimè; ac-
commodare igitur debuit magni-
ficentiam & splendorem ædificij
juxta Majestatem & dignitatem
hospitis, pro quo ædificabat;

Z

nemo

Proverb. 9.

1. Cor. 1.

24.
JESUS Chri-
stus forma-
vit sibi Ma-
trem, qua-
lem voluit

Sapientia
ædificat sa-
pienter.

nemo enim ædificabit domum ad recipiendum in eâ quempiam colonum, sicut ad recipiendum aliquem Monarcham; aliàs architectus non ædificaverit sapienter; debet, si sapit, sumptuosius ædificare, juxta quòd ædificat ad recipiendum majorem Dominum. Bone Deus! quæ consequentia ex hoc principio deduci potest pro Virginis Sanctissimæ honore & gloriâ!

Magnus mundus est palatium ædificatum pro homine

Vide, quàm insigne Palatium divina sapientia ædificaverit pro mancipio, pro abjecto vermiculo terræ, pro contemptibili, inquam, peccatore. Ipse vilior est vermiculus, & magis indignus amari à Deo; nihilominus attolle oculos tuos in altum, ejaculare omnem in partem illos, perpende amplitudinem, splendorem & pulchritudinem magni hujus palatij, orbis inquam universi; Ecce tibi domum, quam Sapientia Dei ædificavit pro habitatione hominis. O Deus, quàm splendidum est ædificium! quàm amplum! quàm magnificè exornatum! Regius Vates ipsius considerans magnificentiam, extra se abreptus est præ stupore: *Quàm magnificata sunt opera tua Domine, omnia in Sapientiâ fecisti!* O magne Deus, quàm omnia hîc sunt pulchra, quàm admirandâ cum sapientiâ disposita hîc sunt omnia! Verùm quia agis omnia tam sapienter, cum ædificaveris palati-

Psal. 91.

cata sunt opera tua Domine, omnia in Sapientiâ fecisti! O magne Deus, quàm omnia hîc sunt pulchra, quàm admirandâ cum sapientiâ disposita hîc sunt omnia! Verùm quia agis omnia tam sapienter, cum ædificaveris palati-

um adedò splendidum pro indignis mancipijs tuis, quid igitur facies pro temetipso? Bone Deus, quousque nos attollit hæc cogitatio! Sic namque ex hoc discurrendum est.

Universus hic mundus est palatium, quòd Sapientia divina ædificavit pro homine peccatore: Sanctissima Virgo palatium est, quòd eadem Sapientia ædificavit pro semetipsâ. Statuendum igitur est, quòd quantò hospes qui personali præsentia suâ honorare debuit hoc palatium uteri Virginis MARIÆ, est nobilior, dignior, & sublimior homine peccatore, palatium quoque, quòd ædificavit pro seipso, debeat esse tantò splendidius, pretiosius, magnificentius orbe hoc universo. Regula hæc conformis est omni & æquitati & sapientiæ, omnique consonat sanæ rationi: Jam quantum dices JESUM Christum digniorem esse homine peccatore? an dimidia ex parte! an vigesies, vel centies? hoc nihil est dicere; an dices, millies vel centies millies? nihil adhuc dixisti: an dixeris, decies centies millies? nimis adhuc est parum; unico verbo, multiplica numerum, quantum volueris, nunquam pertinges illuc, cum impossibile sit satis exprimere infinitam distantiam, quam reperire est JESUM Christum inter & hominem peccatorem.

Sed

Dilectus
idoneus ad
declarandū
aliquā ra-
tione Ex-
cellentiam
Sanctissimæ
Virginis.

Sed quando tibi poneretur certus numerus, exempli gratiā, millies vel centies millies, arguendum tibi semper sic foret: JESUS Christus centies millies excellentior est homine peccatore; Sapiaentia ædificavit palatium pro uno, & palatium pro altero; ipsa ædificavit sapienter, adeoque juxta proportionem utrique congruam; necessariò igitur centies millies plus perfectionis, plus magnificentiæ, plus splendoris contulerit palatio, quòd ædificavit pro JESU Christo, nempe pro Sanctissimâ Virgine, quàm toti huic mundo, velut palatio, quòd

ædificavit pro homine peccatore. Rimare jam desper per totum vitæ tuæ decursum, & vide, an comprehendere unquam poteris magnitudinem excellentiam Sanctissimæ Virginis ab initio vitæ, & in die sanctissimæ Nativitatis ipsius. Verùm si intellectus noster magnarum harum veritatum ita obruatur pondere, ut illas capere non possit, an corda quæque nostra ita permaneant stupida, ut nullos exinde concipiant bonos affectus, bona sensa ac desideria? Videamus.

* * *

ARGUMENTUM.

Affectus & sensa cordis verè Christiani circa Nativitatem Virginis Sanctissimæ.

ARTICULUS V.

Argumen-
tum & cau-
sa magis
gaudij.

Primus affectus delinens cor, accedente ingenti quâdam prosperitate, est gaudium; Et nihil tam parum est, quòd accidere nobis possit prosperitatis, quin gaudium aliquod pariat in nobis; Sed si bonum magnum est, non nisi magnum parere potest gaudium, & quantò id fuerit majus, majus quoque gaudium erit: dum igitur locupletamur bonorum omnium maximo, maximo quoque perfundimur gaudiorum omnium gaudio: O! Si anima agnoscere posset, quantus accre-

scat sibi bonorum cumulus è Sanctissimæ Virginis Nativitate, impossibile foret, quin raperetur rota extra se ipsam præ nimiam consolationis sibi cor dilatantis abundantiam: Siquidem si summa felicitas est mundi aspexisse nascentem inter nos Deum Salvatorem, procul dubio post hæc præcipua est, nascentem videre divini hujus Salvatoris Genitricem.

Ecce igitur tibi diem gratiæ, qui incipit apparere, cò quòd jam videam auroram; Et consequen-

Z. 2

tes

ter jam videam magnum diem gloria: unus enim trahit post se alterum; eandemque possessionem gratia, quam habuero in praesenti hac vita, habebo etiam per omnem aeternitatem in gloria: confidenter igitur dicere possum; Video caelos apertos, & permisum est mihi illuc intrare, ubi primum liberatus fuero è corporis mei servitute. Quis diffitebitur, maximum hoc esse argumentum gaudij, quod solatium possit afferre cordi? Magnus Cardinalis, Sanctus Petrus Damiani, continere se non poterat, tantam considerans felicitatem, quin in hunc effunderet se jubulum: Gaudeamus, fratres, in Nativitate MARIE, uti gaudere mos vobis est in Nativitate Salvatoris nostri: Enimverò si ille est sol justitiae, hæc aurora est ipsum præcedens; si ille verus paradus est animæ, hæc porta est, ad illum nobis præbens introitum; si ille nostris satisfecit debitis, nosque redemit sanguine suo; hæc suppeditavit ipsi pretiosum hunc sanguinem, qui debebat esse redemptionis nostræ pretium. Gaudeamus in Nativitate amborum, eò quod ambo sint fontes summæ nostræ felicitatis.

Unde est ergò, interrogat Artemisia, non excitari ubivis ignes festivos in Nativitate Sanctissimæ Virginis, uti excitantur in Nativitate Sancti Joannis Baptistæ? Un-

de est, modulati ubique Ecclesiam ad dentulendos suos pro viribus filios spirituali latitiâ: *Nativitas tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo*: Et tamen non videri, quod omnes hæc devotis ac pijs accendantur affectibus, inflammentur desiderijs? Quid prætendis? respondet Viator, ingemiscens præ radio: insensibilis est mundus circa ea, quæ Deum concernunt & divina; totus immersus est sensibus, unde extrahere nititur parvulus quasdam transitoria consolationis scintillulas; & infelix non invenit ibi, nisi torrentem amaritudinum & miseriarum, quibus immergitur, vix non absorbetur; oportet contemnere ac desere consolationes sensuum, ad degustandum delicias spiritus, voluptates animi; sed libenter pouremur his, non renuntiando alijs.

Qui indagare voluerunt, quando & quomodo celebrari incipitum sit Festum Nativitatis Sanctissimæ Virginis in Ecclesia, asserunt, aliquos solitarios & Eremiti cultores, qui se abstraxerant à mundo, ut tantò liberius famularentur soli Deo, audisse annuatim die Septembris octavo harmoniam quandam Angelicam, suamque tantò refertum sensisse cor gaudio, ut judicarent non immerito, accidisse inusitatum quid, quod esse debebat hujus
fons

S. Pectus.
Dam.
Æque spiritaliter
gaudendū
est in Nativitate
SS. Virginis, ac in
Natali Domini.

Stephanus
mundis
rebus

Pole
vel
quib
mici
cir
Nar
B V

S. Pe
t. r.
de

Carthago
na lib. 2
hom. 2

Qui
fect
deb
ne
ut p
fati

ons gaudij & origo; quibus proinde causam à Deo rogantibus revelatum fuit, eo die maximam in cælo celebrari solemnitatem ob Festum Nativitatis Virginis Sanctissimæ: quodque, cum nata potius sit pro hominum, quam Angelorum bono, ingratitude notam non effugiat terra, quod similiter festivum ejusdem non colat diem. Res tam æquitati videbatur congrua, ut primò celebrari inceperit in Ecclesiâ Græcâ, & exin in Ecclesiâ Latinâ, & tandem in Orbe universo. Non constat quidem tempus hujus revelationis & institutionis hujus Festi; nihilominus Cardinalis S. Petrus Damiani pro certo tenet, non minus antiquum id esse Festum Sancti Joannis Baptistæ: Festum igitur hoc est universali referentur gaudio, tam in cælo, quam in terrâ, coram Angelis & coram hominibus; uade animæ, quæ cælestis hujus gaudij se non reddit confortem, turpissimam inurit notam, quod potius bestiarum, quam Angelorum referat similitudinem.

Quinam affectus esse debeant bonæ animæ, ut puri sint satis.

Sed gaudium hoc, dicebam ipsi, eâ quâ loqueris ratione, valde imperfectum mihi videtur, proprijque appetens commodi, si nonnisi ob utilitatem è Nativitate Sanctissimæ Virginis in nos dimanantem gaudere velimus. Mallem ego quidem gaudere de gloriâ Dei, de adimplerione divinæ ipsius voluntatis, de abundantia gratiarum,

quibus Sanctissimam accumulavit Virginem. Patres, qui regulas tradunt vitæ spiritualis, nobisque loquantur de magnâ puritate, ad quam debet anima tendere consequi volens perfectionem, asserunt, affectus ipsius satis puros non esse, si aliud quid sibi præfigat, quam Deum solum; ipsam tantum suam imminuere puritatis, quantum utilitatis admiscuerit propriæ; ipsam nunquam facturam melius, nisi quando ex integro oblita sui ipsius, omniumque eorum, quæ se concernunt, usque ad ipsam propriæ suæ perfectionis curam, hæc omnia absolute consignat in manus Dei, ut nulli adhæreat, nisi ipsi soli: affirmant insuper, ipsam contentam esse non debere semetipsâ, quoad mortuam se invenerit proprio suo commodo, & omni eo, quod Deus non est; quoad evadat incapax ad degustandum aliud gaudium, nisi gaudium de Deo, nec alio moveatur respectu, quam propagandæ solius ipsius gloriæ: ita ut, si certa foret, omni se commodo in æternum privandam, seque omninò annihilandam fore, pari tamen semper totius tempore vitæ suæ difflueret gaudio, probè gnara, Deum semper Deum fore, ipsumque amaret semper eodem ardore, ac eadem fidelitate ipsi serviret, solum ex eo, quod omni amore ac servitio sit dignissimus.

Jam os aperuerat ad respondendum mihi, prosequi volens hoc argumea-

gumentum; & ecce propè se audi-
vit personam quandam plorantem,
quæ magno videbatur oppressa
dolore: Quid tibi est? interrogat
ipsam; audire non possum respon-
dit, sermones vestros, quin lethali
divexer cruciatu; Eheu! verba
vos facitis de gaudio spirituali, &
ego circumfero tormentum spiri-
tus, quo nunquam non immani-
ter compungor. Sed unde id ven-
nit, interrogat ipsam, obsequiosus
dux meus, compassione motus, ip-
samque consolandi accensus desi-
derio. Quantum opinor, oritur
ex eo, quod non benè mihi sicuram
Deo; patior infirmitates, à quibus
me nimium permitto abripi, &
Deus ultionem mox repetit de me
per diros remorsus conscientia; ;
quos quidem pacare adaitor for-
mando saniora me emendandi
consilia; nihilominus relabor, &
mox eadem conscientia redeunt
tormenta. Et ecce miserabilem
sortem meam; jam à pluribus an-
nis. Eheu! an ergò nunquam
pacem habebō cum Deo, & ipse
mecum?

Nunquam habere poteris, re-
spondit ipsi Viator, occasionem
meliorem petendi illam, quàm
hanc, in quâ versamur modò, dum
nasci nobis videmus auroram diei
gratia. Nonne subit mentem diu-
turna illa pugna quæ describitur in
Genesis, ubi Jacob per noctem in-
tegram luctatus est cum Deo, vel
cum Angelo ipsum representante?

Lucta utrinque admodum aeris e-
rat, & ex utràque parte videbatur
esse æqualis, quoad appropinquan-
te diluculo victoriam cedere vide-
batur Angelus, & postulare pa-
cem ad Jacob dicens: *Dimitte me,*
jam enim ascendit aurora. Mira-
bile profectò videtur, quòd Deus
permittat homini, non solum, ut
sibi resistat secumque pugnet;
sed etiam cedat ipsi victoriam, po-
stuletque ab eo pacem, ubi pri-
mum assulgete incipit aurora. An
possibile sit, non esse Deo robur
adversus hominem, nisi in tene-
bris? an ergò dies ipsum reddat
infirmum? quid mysterij est
hoc?

Est facile captu: Nos agimus
vices Jacob; nos pugnamus adver-
sus Deum totà nocte, id est, duran-
tibus ignorantiarum nostrarum te-
nebris, dum vivimus in oblivione
Dei, negligentia, & fastidio rerum
salutem nostram concernentium;
in deplorandâ cœcitate, quæ nos
impedit, ne intueamur bona vel
mala aeterna, nunquam non desce-
dentes à viâ, & sequentes malatum
nostrarum inclinationum propen-
siones: Deus se opponit, nosque in-
viam reducere conatur; verum
nos cedere detrectamus; nonnun-
quam capeffimus bona, nonnun-
quam consilia mala; clarè videtur,
luctam hæc esse Jacob adversus
Angelum, & Angeli adversus Jac-
cob, quæ finem non nanciscitur,
nisi finem nostræ nox mentis nan-
ciscatur.

Opus

Turbatio
animæ pec-
satrix.

Gen. 31.
Pacta my-
steriosa
cobi est
Angeli.

No-
mu-
De-
ip-
scit-
à

Opotret affulgere auroram, quæ pugna opponat metam; oportet majus quoddam lumen gratiæ nostras dissipare tenebras; & tunc percipiemus vocem: Theodoretus in Genesio inquit: *Nihil aliud est, nisi quod MARIE aspectu Christus infirmus se esse ostendat, & peccatori dicat: Dimitte me, jam enim ascendit aurora.* Sufficit, pugnandum amplius non est in conspectu auroræ, tempus est firmandi pacem. Sed cui dicenda sunt hæc verba? Estne à Deo postulanda pax peccatori? Vel à peccatore postulanda pax est Deo? Verum est, Angelum, qui representabat Deum, postulasse pacem à Jacob, ad declarandum nobis, abundantiam bonitatis Dei erga nos, tantam esse, ut, licet ipse sit omnipotens, & nos nonnisi infirmitas, nihilominus ipse primus sit, nosque præoccupet flagitando à nobis pacem. Nonne ipse nos prævenit, nosque amicè per suas sollicitat gratias, ut convertat nos ad se? Sed speciatim id facit, dum oriri intuetur auroram diei gratiæ, in Nativitate Matris Dei, & Salvatoris mundi; tunc enim commovetur & emollitur ipsius cor à miseris peccatorum: Siquidem cum ipsa donaverat illi Sanctissimam suam Humanitatem, quis dubitet, quin donaverit ipsi quoque humanitatis affectus & sensa, mansuetudinem nempe & misericordiam, à quibus urgeatur ut prior expo-

stulet pacem à peccatore? *Dimitte me, jam enim ascendit aurora.*

Quamdiu luctaris jam contra me in animo tuo, nec unquam habere vis pacem? Desine ergò tandem opponere te mihi, meisque reluctari gratijs; Ecce aurora nascitur, quæ me invitat ad prosequendum te omni benignitate, amplectere illam, & deponere arma; his peccata tua tantò tempore meas aggravaverunt manus; tua in peccatis perseverantia extorsit ex illis, invito me, jam tot ac tanta supplicia; meam tu inhibes clementiam, dum adhibere me cogis tantum rigoris ac multæ adversum te; quamdiu tu pateris, patior; sine bonitatem meam & permittite exhibere me tibi misericordiam; *Dimitte me*; Itane confidamus nos, nihil Deum negaturum nobis, quidquid petierimus ab eo per intercessionem Sanctissimæ Virginis; & ipse nihil obtineat à nobis, à nobis postulans in conspectu & ob amorem hujus Matris misericordiam?

Persona ista prius tota confecta mœtore & pusillanimitate ob duritiam, quas in conscientia sua tolerabat, luctas, novam videbatur resumere vitam, percepto hoc discursu, quem ex abundantia cordis sui nuntiabat Viator noster; & considerans magnam hanc pietatis Dei abundantiam, quæ eòsque demittebat se, ut prior exposceret pacem:

Deus amicè
invitat animam,
ad faciendum
secum pacem.

Boni affectus animæ
facientis
pacem cum
Deo.

Nos pugnamus contra Deum, & ipse exposcit pacem à nobis.

Gco. ju
Pueri m
steriosi
cobi cum
Angela

cem: O bonitas infinita! inquietabar, non tuum, sed meum est profari hæc verba: *Dimitte me, jam enim ascendit aurora*; meum est, exposcere à te misericordiam, teque efflagitare amore auroræ tibi ad eò dilectæ, ut pacem meæ concedas animæ, erue è corde meo, omnes ipsius malas inclinationes; dirumpe perverfarum, quibus implicor, consuetudinum carenas, dissipa mentis meæ tenebras, & aspiciendum exhibe te mihi, cum vera Lux sis mundi. Incipit dies ab aurorâ, & quia nasci hanc facis, ut incipias effundere in mundum gratiarum, quas ipsemet fers tecum, abundantiam, nativitatibus ejusdem à te gratiam exposco, id est, ut efficaciter me nasci facias hodie servitio tuo: permittite igitur, ô misericordia infinita, dicere me tibi maximâ cum cordis

mei reverentiâ, quod Jacob' dixit Angelo, exostulans pacem ab eo: Non dimittam te nisi benedixeris mihi. Non erit pax inter nos, nisi Sanctam tuam alsequar benedictionem, quæ progignat & confirmet ipsam tam solidè, ut amplius rumpatur nunquam in æternum.

Tota Societas haud parum hisce ædificabatur affectibus, & quilibet contendebat applicare illos sibi ipsi. Non nisi Arterusia nondum adhuc contenta erat; ipsius devotio, quæ semper succedebatur magis exoptasset nunquam imponi finem sermone de excellentijs Sanctissimæ Virginis; hinc Viator noster, ut ipsius responderet votis, totius vitæ Marianæ sequentem recensuit

Epitomen.

* * *

ARGUMENTUM.

Synopsis complectens Nativitatem & seriem totius vitæ Sanctissimæ Virginis usque ad mortem ipsius.

ARTICULUS VI.

Sanctissima Virgo prædestinata ab æterno, ut esset Mater DEI, concepta fuit in tempore, juxta supputationem Baronij, anno quinquies millesimo octogesimo quarto à creatione mundi; & juxta illam Salviani & aliquorum aliorum, anno quater millesimo, trigesimo septimo; &

annò sequenti nata est octavo die septembris: duobus vix elapsis annis præsentata est in templo vigesimo primo Novembris, numerans ex mente quorundam scriptorum annos 2. cum mensibus duobus & tredecim diebus, completos.

Undecim annos exegit in templo,

Quo anno
& quo die
nata sit.

Quot annis
fuerit in
templo.
Ipsius de-
spolatio
cum S. Jo-
seph.

plo, non nisi navans operam exer-
citijs pietatis. Anno decimo quat-
to vitæ suæ educta fuit è templo
in mense Decembri, & despon-
ta à presbyteris Sancto Josepho,
quem providentia DEI destina-
verat, non tam ut maritum, quam
venerabundum & fidelem custo-
dem puritatis ipsius Virginialis.

Legatio co-
lestis ad
illam.

Anno sequente, qui erat ata-
tis ipsius decimus quintus rece-
pit 25. Martij summo diluculo
Legationem Gabrielis Angeli, af-
ferentis sibi è cælo felicissimum
nuntium divinæ Maternitatis suæ,
ubi & concepit Unigenitum DEI
Filium in castissimo utero suo, ex
operatione & virtute Spiritus San-
cti, Mox visitatum concessit

Visitat S. E.
Elisabeth.

Sanctam suam cognatam Elisabeth,
quæ sexto mense jam gravida erat
magno præcursore Messia, &
mansit cum eâ mensibus tribus,
ulque ad Nativitatem Sancti Joan-
nis Baptistæ. Exinde reversa in
Nazareth in domum Joseph ca-
stissimi sponsi sui, mansit ibi tota
solitaria usque ad edictum Impe-
ratoris, vi cujus obstringebatur
se conferre in Bethlehem, ut de-
scriberetur ibi inter posteros &
nepotes è familia David; Et hic
impletum est tempus patris ipsius
qui contigit 25. die Decembris
eiusdem anni.

Partus
ipsius

Filius ejus
circumcisus

Octavo vertente die circum-
cidit divinum filium suum, ut ob-
temperaret mandato legis, & Jo-
seph imposuit ipsi Nomen JE-

M. P. Isaac Consultat. Tom. III.

SUS, ut revelatum fuerat ab An-
gelo ex jussu DEI.

Tertio decimo posthæc die Adoratio
maximo cum gaudio asperit ad usum ma-
venientes è plagis orientalibus Re-
gum.
ges ad adorandum in vili stabulo
Filium suum, ubi pepererat ipsum,
& ad offerendum ipsi munera in
suæ signum servitotis, velut su-
premo Monarchæ & Regum Do-
mino.

Et quadagesimo die post par-
tum suum, qui secundus dies erat
Februarij, accessit Templum sa-
tisfactura legi purificationis, ubi septem
annis man-
suumque illuc divinum detulit Fi-
lium, ad offerendum ipsum DEO
velut primogenitum & Unigeni-
tum suum; & exin mox abiit in
Egyptum cum infante JESU, sub
directione & comitatu Joseph, ad
subtrahendum ipsum persecutio-
ni Herodis, sicut annotatur in
Evangelio.

In Egypto permansit inter Ido-
lolas, septem circiter annis, in Naza-
usque ad mortem Herodis; &
reth,
quia Angelus Domini admone-
bat Joseph, ut revertentur in
Judæam, concesserunt in Naza-
reth; & Sanctissima Virgo vige-
simum secundum tunc agebat an-
num; exegit autem ibi annos
quinque in summâ solitudine,
educans Sanctissimum filium
suum maximâ, quæ excogitari
possit, cum solitudine, summo
cum amore, singulis annis perens

A 2

Jero.

Jerosolymam, ad reddendum Deo vota sua in templo.

Perdit ipsū in templo. Cum attingeret annum ætatis vigesimum quintum, & puer JESUS duodecimum suum inciperet annum, perdiderunt ipsum in Jerusaleme, quod concesserant juxta consuetudinem suam, & post anxiam tridui inquisitionem, invenerunt ipsum in templo, in medio doctorum interrogantem & audientem illos.

Videbat laborantem Filium Dei, & adorandum suum Filium in officinā Joseph. Sanctissima Virgo triginta duos numerabat annos, quando Filius ipsius Unigenitus magnus mundi Architectus, exercere incipiebat artem fabrilem in officinā Joseph quem ipsius credebant Patrem, quemque is velut talem reipsā venerabatur. Quam stupendum cunctis Angelis in cælo spectaculum, intueri Majestatem DEI omnipotentis eò usque humiliatam, ut simplicis more opificis, laboraret lucrando pani, tum pro se, tum pro parentibus suis! Et denos in hoc statu exegerunt annos.

Fuit orbata s. Joseph. anno ætatis 42. Quando Sanctissima Virgo quadragesimum secundum attigit annum, orbata est Sancto Josepho, & facta est vidua; circa quod tempus is verisimiliter mortuus creditur, assistentibus ipsi JESU & MARIA; ô beatus obitus!

JESUS Christus deserit ipsam, Tempus est, Sanctissima Virgo, ut disponas te ad ulteriora, & cuncta quidem privationum genera. Absentiam Joseph brevi

post excepit absentia JESU; qui Sanctissimam suam deseruit Matrem, ut moliri inciperet magnum opus Redemptionis mundi: Si quidem cum ipse ageret annum trigesimalum & Sanctissima Virgo quadragesimum quintum, is se contulit ad Jordaniem, recepturus Baptismum à manu S. Joannis Baptistæ præcursoris sui; & exin petijt desertum, ut jejunaret ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ibique post vehementem luctum superaret inimicos salutis nostræ.

Anno sequenti, qui erat trigesimalus primus JESU Christi, & quadragesimus sextus Sanctissimæ Matris ejus, obtinuit hæc ab ipso, ut primum suum patraret miraculum, convertens aquam in vinum in nuptijs Canæ Galilææ: Exin habitârunt in Capharnaum, quæ erat Galilææ metropolis; & ex traditione creditur, tunc ipsum JESUM baptizasse Sanctissimam Matrem suam in Jordane.

Quadragesimum septimum & quadragesimum octavum vitæ suæ annum traduxit cum ipso in Capharnaum, dum interim is totam illustravit provinciam, & ex hac mundum universum divinâ Evangelij sui doctrinâ, omniumque replevit animos ingentium prodigiorum à se patratorum admiratione.

Cum attingeret quadragesimum nonum, lethales sustinuit dolores

ut prædicet. Evisgelium.

Obtinet primum miraculum à JESU Christo.

Re rit. et. Pe. ste.

U. ri. A. n. fl.

Anno 42. c. l. u. p.

82

dragesimo nono vidit morientem JESUM Christum in Cruce; & exin resurrectionem, & intolerabile opprobrium, aspiciendo Filium suum Unigenitum cruci affixum, & duos inter latrones morientem, sicque portantem supplicia peccatis totius naturæ humanæ debita: ubi & ipsa ad plantam Crucis firma subsistens, & fixis lamentabile hoc spectaculum intuens oculis, eadem toleravit tormenta in corde, quæ perpassus est ipse in Sanctissimo suo Corpore.

Crudelem hunc mortis dolorem excepit mox gaudium Resurrectionis ejus, & quadragesimo exin die, gloriosum ac triumphantem aspexit ipsum extolli in cœlum, in admirabili Ascensione ipsius.

Recipit spiritum Sanctum in die Pentecostes, Cum igitur nil amplius haberet in terris, unde vel minimam haurire posset consolationem, secessit cum Apostolis in Cœnaculum, ubi denis exactis diebus, unâ cum ipsis recepit plenitudinem Spiritus Sancti, visibiliter descendens super ipsos in formâ linguarum ignearum in die Pentecostes.

Ubi mansit post Ascensionem Christi. Posthac permansit Jerosolymis in monte Sion exercitio vacans Angelorum, continuæ addi-

ta contemplationi, usq; ad ætatem 57. annorum; sed hoc anno coacta fuit suam deserere solitudinem, ut crudelem declinaret persecutionem, quam excitabant Herodiani Jerosolymis contra omnes JESU Christi affectas & Cultores: Unde à Sancto Joanne, qui nunquam non cohabitabat ipsi, velut amantissimæ Matri suæ, sua ipsi impendens servitia, Ephesum deducta fuit.

Sed anno sequenti, sedatâ tempestate, redierunt Jerosolymas in dilectam suam montis Sion solitudinem; ubi Sanctissima Virgo non nisi vivens ex contemplatione dilecti sui, & ardentissimo videnti ipsum desiderio moriens, consumebatur indies purissimi amoris sui flammis; ita perseverans usque ad ætatem sexaginta & duorum annorum. Hoc tempore amor, qui fortior est morte, separavit à Corpore animam ipsius triumpho dierum, quæ exin univit & conjunxit denuo, ut elevaret ambo è terris, & introduceret in Societatem regni Unigeniti Filij sui, cum quo regnabit gloriâ & honore coronata in æviterna sæcula.

Ultimi vitæ ipsius anni, mors resurrectio, Assumptio.

